



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Alphonsi Madriliensis De Vera Deo Apte Inserviendi
methodo Libellvs Avreus**

Alfonso <de Madrid>

Coloniae, 1608

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48891](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48891)




Th. 2854.


f. III

2.









R. P. F.
ALPHONSI
MADRILIENSIS,
DE VERA DEO APTE
INSERVIENDI
methodo


LIBELLVS AVREVS,
AB AVCTORE HISPANICE CON-
scriptus, & per F. Ioan. Hentenium in Acade-
mia Louaniensi SS. Theologiæ professo-
rem in Latinam linguam
traductus.

CVI RECENTER ACCESSERVNT
duo alij eiusdem auctoris Tractatus itidem ex
Hispanico translati; quorum priori
titulus est

SPECVLVM ILLVSTRIVM
Personarum.
Posteriori, MEMORIALE vite ac Passio-
nis DOMINICAE.



COLONIAE,
Sumptibus Ioannis Kinckes.
ANNO M. DC. VIII



REVEREN-
DO AC NOBILI
VIRO DOMINO, D. REI-
NERO A BAIKEN, ECCLESIAE
collegiatæ D. Gangulphi
Decano meritissimo: Pa-
trono suo plurimum
colendo.



Vlti, REVE-
RENDE ac
NOBILIS

Domine, varias
de rebus pijs cõ-
mentationes edidère, quibus
animos legentium ad perituri
mundi vanitates cõculcandas,
ad vitia detestanda ac fugien-
da, ad virtutum præclarissima-
rum actiones frequentandas,
& perfectionis culmen appre-
hendendum prouocarent & ex-

* 2 cita-

EPISTOLA

citarent: sed in eo ferè deficiūt,
quod, qua potissimum methodo,
id in opus conferendum sit, non
satis explicent; unus R. P. Al-
phonsus cum in hunc scopulum
omnes videret impingere, ut
huic malo medelam adhiberet,
totam perfectionis consequen-
derationem, in quadam quasi
præcepta redigere, & quo potis-
simum ordine, quibus actioni-
bus, primum vitia debellanda,
deinde inordinata animi mo-
tiones ac sensualitates compri-
menda, tum virtutes acqui-
renda, ac demùm diuini amo-
ris, in quo tota hominis Chri-
stiani perfectio consistit, supre-
mum fastigiū sit apprehenden-
dum, docere tentavit. Nec in-
fæliciter ei cessit euentus: quot-
quot enim hætenus ea metho-
do vs

DEDICATORIA.

do vti fuere, maiorem in virtutibus & diuino amore vno mēse profectum fecere, quam alij qui hac methodo contempta, alijs se exercitijs tradiderunt, anno integro.

Queres etiam me permouit, Nobilis Domine, ut rei Typographice initiū facturus, hunc libellum præ cæteris delegerim, quem præ elo subiicerem, eum q̄ multo quam antea emendatiorem, septem etiam Meditationibus eiusdem R. P. Alphonsi, in singulos hebdomadae dies auctiorem, pijs lectoribus legendum offerrem. Has autem laboris & Typographiæ meæ primitias, pro recepta huius sæculi cōsuetudine tibi potissimū REV. ac NOB. Domine offerre placuit: tum quod ita eximia tua

* 3

178

EPISTOLA

in Deum pietas, religio, & vita
integritas exposcere videretur;
tum quod ea extent tua in
me beneficia, & tam singularis
amor ac benevolentia, quā multis
nō vulgaribus indicijs mihi
sepenumero testatam fecisti, ut
merito ingratisimus censerem
possem, si alium mihi patronum
adsciscerem: Suscipe igitur Re-
uerende ac Nobilis Domine, Pa-
trine charissime, hoc mea in te
obseruantia monumentum ac
pignus sempiternum, & qui me
in sacro baptisate in tuam tu-
telam suscepisti, ex pio etiam
tempore non aliter ac alterum
parentum te semper colui, hunc
libellum & me, meaque omnia
in tuā tutelam suscipe, teq; syn-
cere diligentem redama. Quod
supereſt, D. E. V. M. omnipoten-
tem

DEDICATORIA.

*rem precor, ut te Ecclesiæ tuæ,
ac toti Christiano orbi, quam
diutissimè seruet incolumem.
Datum ex Typographia nostra
Coloniensi. Ipso die Natiuita-
tis Beatiss. Virginis. Anno
millesimo sexcentesimo
oçtauo.*

Reueren. Dom. T.

Seruus.

Ioannis Kinckes
Typographus.

* 4 E X I

EXIMIO ET
CVM PRIMIS RE-
VERENDO PATRI D. LV-
DOVICO BLOSIO, COENOBII
Latiensis. Abbati dignif-
simo,

F. IOANNES HENTE-
nius Nechliniensis
S. D.



FOELICISSIMAE
sunt illæ respubl. aut
quius hominum ce-
tus, præstâtissime Pa-

ter, in quibus, quas sibi per mini-
stros suos partes dominus dele-
gavit, quisq; strenuè exequitur;
siue, iuxta Apostolum, ministe-
rium in ministrâdo, siue qui do-
cet in doctrina, qui exhortatur
in exhortâdo, qui tribuit in sim-
plicitate, siue qui præest in solici-
tudi-

Rom. 12.

DEDICATORIA.

itudine. In his cū & mihi sedulo
aduerterē graue admodum onus
impositum, meisque longē im-
par viribus, si vt meas duntaxat
intuear, nec oculos ad id conuer-
tam quōd ille dicit: Omnia pos *Phili. 4.*
sum in eo qui me confortat? quid
enim grauius cura animarū, pro
quibus summo iustissimoq; iudi-
ci sis rationē redditurus? cepi me-
cum rationem inire, qua possem,
vel in parte, tanto subleuari one-
re. Venitque in mentem cōmo-
dē id fieri posse, si cū omni lo-
co omniq; tempore vniuersis
confratribus nequaquam adesse
possem, vicariū mihi substitue-
rem, qui id longē præstantiūs,
quā ego, posset efficere, singu-
losque prout res exigeret, serio
exhortaretur, corriperet, aut ad
feruorē diuini cultus animaret.
Hunc cū vndique maxima so-
licitudine, qua ratione inueniri
posset,

* S

posset,

EPISTOLA

posset, perscrutarer, cōmodum
dūm Dominus huius libelli me-
moriam misit in mentem, vt illū
curarem in omnium confratrum
meorum cordibus infigi. Siqui-
dem, dum ante multos annos a-
pud Hispanos, diui Hieronymi
ordinis habitu suscepto, vota
monastica emissem, in cœno-
bio quod Deiparæ Virgini à
Guadalupe dedicatum est, anim-
aduertebam, sedula patrum or-
dinatione, libellum hunc Hispa-
nico, quo tantum extabat, idio-
mate, nouellis eius cœnobij ty-
runculis plerunque tradi quo
tandem vberem Domino sibiq;
fructum proferrent. Idque in
plurimis non infœliciter cede-
bat. Hinc enim videbam non
paucos in Dei amore, à quo pen-
dent omnia, plurimum augmen-
ti ac roboris concipere: eos nem-
pè, qui libellum hunc grauter
noctur-

DEDICATORIA.

nocturna diurnaque manu ver-
farent, gnauiterque ruminarent,
ac in opus deducerent, neque rei
difficultate deterriti, se ab illi-
us consilijs paterentur vllis auel-
li illecebris. Nam & si complu-
res viderim libellos in hoc e-
ditos, vt homines à seculi va-
nitatibus abstractos, Dei obse-
quio totos exhiberent: nullum
tamen (absit inuidia verbo) vn-
quam inueni, qui ea sedulita-
te, efficacia, compendio, tan-
to ordine, & ita in artis mo-
dum id efficeret. Dolui fa-
teor annis plurimis neminem
existere, qui illum nobis eo
idiomate traderet, quò & no-
strates ab illo possent admini-
culum percipere. Quumque
& ego, in hoc vsque tempus,
ab alio id præstari cuperem; eâ-
dem fortassis ratione, qua &
cæteri: nempè, partim alijs
* 6 distra-

EPISTOLA

distractus partim propria, ut ve-
 rum fatear, negligentia, veluti
 præpeditus, nunc demum, ea qua
 prædixi occasione, animum ad id
 applicui, fideliter quicquid illo
 idiomate tradebatur, in latinum
 transferens, nisi quòd aliquan-
 tum coactus sum id inflectere,
 quod ille autor sexto primæ par-
 tis documento scribebat, nimi-
 um libero & naturali tribuens
 arbitrio: quod & aliàs fecimus,
 dum idem passim alijs libelli lo-
 cis refricaret. Interdum tamen
 illum suum loquendi modum
 dissimulauimus, subintelligen-
 tes solitum nostrum antidotum,
 quo frequentius idem tempera-
 ueramus: nempe, modò non de-
 fit diuinum auxilium, hæc aut il-
 la præstare possumus. Porrò qui
 totius libelli decursum aduerte-
 rit, utramque linguam probè cal-
 lens, scio, boni consulet, si quan-
 do,

DEDICATORIA.

do, quod tamen rarissimum est, voculas quasdam aut abstulerim, aut in alias immutauerim, non adeo verba annumerans, quàm sententiarum pondus appendens prout faciendum docet Hieronymus ad Pammachium de optimo genere interpretandi, in exemplum adducens Ciceronem, qui ita Platonis Protagoram, Xenophontis OEconomicum, & AEschinis ac Demosthenis contra inuicem orationes pulcherri-
mas in latinum verterat.

Addidimus & Coronidis loco eiusdem authoris, Speculum illustrium personarum efficiens, vt & nostrates magnates, qui Hispanicè nescirent, sese in eo contemplari possent: quod non ambigo lectoribus æquè gratum fore atq; ipsam Methodum, & potissimum tuis cum primis gene-
rosis,

EPISTOLA

rosis fratribus ac cognatis. Nunc autem quod tuo nomine, præsul cum primis reuerende, curauerim libellum hunc in lucem prodire, in causa fuit, cum vt animi erga te mei gratitudinem signo aliquo indicarem, quando aliud plurimis in me collatis beneficijs non datur rependere: tum vel maximè quod similibus pijs exercitijs non inuitus occuparis: dum publicis, tum à Cæsarea quondam, & nunc à Regia Maiestate, commissis, tum in subditorum regimine incumbentibus negotijs, respirare permitteris. Quod satis attestatur complures libelli à te in communem vtilitatem editi qui maximo fructu, cum in his tum in alijs potissimum regionibus plurimorum manibus rapiuntur ac teruntur, vt cum sint sæpius excusi, vix tamen vlla profent

DEDICATORIA.

stent exemplaria. Quæ etiam
fatis clamant se ab exuberante
animi tui pietate, & velut eru-
dante pectoris deuotione pro-
diisse. Ac proinde mihi persua-
serunt hunc qualem qualem no-
strum laborem tuæ Reuer. Pa-
tenitati non ingratum fore: quæ
si id in aliorum vtilitatem fore
iudicet, iubebit alicui è suis cœ-
nobitis, quorum plures ad id-
aptos esse noui, partim tua in-
formatione & exemplo, partim
suapte in hoc propensos, vt eum
in Gallicum idioma conuer-
tant.

Spero autem & hic Domi-
num cuiuspiam animum ad hoc
impulsurum, vt etiam in huius
inferioris Germaniæ linguam,
ad omnium tandem vtilitatem,
traducat, auxilium ad hoc præ-
bente altissimo, qui tuam ex-
imiam paternitatem suo ob-
sequio

EPIST. DEDICAT.

sequio plurimis annis seruet in-
columnem. Louanij mense Fe-
bruario initio anni sexa-
gesimi suprà sesqui-
millesimum.



F I N I S.



P R O.

PROLOGVS.



HABET D. Ambrosius, ignorantiam ordinis & modi, quibus operandum est, plurimum turbare meriti qualitatem. Neque existimandum est, vt idem asserit, nos plenam habere rei notitiam, si cognoscamus quid nobis sit agendum, nisi & sciamus ordinem in eo procedendi. Hinc manifestum est parum admodum prodesse, si quis nouerit quidquid scriptum est ad hoc vt Deo seruiatur, ignoret autem quo modo & ordine id sit in opus deducendum. Et quamquam ars seu scientia ad omne bonum à supremo artifice Deo promanet, multiq; eius bonitate illuminati sint, & praeuenti in benedictionib. suauitatis ac dulcedinis, nō ob id omittendum est, neq; tollitur obligatio faciendi, quod in nobis est, scrutando eius praecepta & voluntatem,

ac ca-

PROLOGVS.

ac cetera quae necessaria sũt, vt perfecte ad impleamus, quod ei beneplacitũ est. Ad quod utilis erit breuis forma seu Methodus, quã hic tradimus, quã sciamus, & ad opus valeamus deducere grandia illa, quae nos docet scriptura sacra. Ad quod non minus opus est vt ars quaequam inuestigetur, quã ad quiduis aliud, quod recte cognoscere & operari cupimus. Ad quam artem inuestigãdam plurimum temporis insumpserunt sancti Doctores, eamque multis verbis scriptam reliquerunt in varijs voluminibus, quorum omnium breuem hic collegimus epilogum. Quum autem breue hoc opusculum potissimum ad animae exercitia dirigatur, videbitur interdum inexercitatis in cognitione & operatione actuum seu officiorum potentiã animae subobscurum. Ostendemus tamen post pauca in ipsius libri prosecutione, adeo non esse obscurum, vt etiam ceteris similis argumenti libris

PROLOGVS.

bris circa mores informandos, lucem non modicam adferat. Neque superfluum aut inane quisquam existimet, tradi documenta nos instrumenta, quibus iuuemur, vt Deo seruiamus, quum scriptura vniuersa attestetur illa esse necessaria: & D. Paulus dicat nos Dei adiutores esse. Non recte autem vel non satis adiuuat, qui non quātum potest & debet adiuuat. Neque aliud est in nobis ipsis nos adiuuare Deū, nisi mouere animam nostrā in nostris omnibus operibus, iuxta presentis artis regulas: secundū quod & ipsa Theologia sacra, pluribus verbis manifestat. Animaduertam⁹, quod & Philosophus in Metaphysicis dicat, genus hominū arte viuere, vbi hac proprietate videtur hōminē à ceteris animalib. secernere: nempe, q̄ illa omnia sine arte regantur, solo naturali instinctu, homo verò arte ac ratione. Potest ergò is dici veluti naturali tantū instinctu Deo inservire, q̄ ad ipsi obsequen-

1. Cor. 3.

quen-

PROLOGVS.

quendum ea ratione dirigitur, qua
 maiorem percipit consolationem: non
 aduertens intellectu ac ratione qua à
 Deo accepit, an quispiã sit modus, quo
 sublimius Deo seruire valeat. Præter-
 ea non est quod quis causetur spiritus
 Sancti vñctionem omnia docere, &
 ita arte seu methodo opus non esse, vt
 quis Deo seruire addiscat. Illud enim
 verum est, modò & nos ipsi adiutores
 simus scrutando & operando iuxta
 quod in sacris literis, & in hac quam
 tradimus arte edocemur. Neq; enim
 Spiritus sancti vñctio docet nolentes
 discere, quin potius reluctantes. Præ-
 terea ne suaue domini iugum cuiquã
 graue videatur, animaduertamus nõ
 esse mirandum, si dies nonnulli insu-
 mendi sint, vt quis tam sublimem asse-
 quatur sapietiam, quò hac arte rectè
 uti possit. Si enim in Grammatica aut
 Dialectica, artibus longè inferioribus
 insumit quis tres aut quatuor annos:
 imò & totam vitam, si in aliqua per-
 fectus

PROLOGVS.

fectus esse velit, quanto melius vita collocabitur, etiam si tota in eo insumatur, vt quis perfectè hanc artè tam sublimem assequatur, ad quam tanto labore docendam, ad nos venit supremus magister IESVS Christus.

Porro ei qui hanc artem incipit addiscere considerandum est eidè euenturū quod infanti solet accidere. Hic enim cū animam habeat, ratione nō utitur: & corpore, cū pedes & crura habeat, nō tamen potest incedere: vbi autē crescere incipit, membraq; mouere, id quidē facit, magna tamen cum difficultate, & subinde cadendo, donec succrescente etate, & continuo accedente exercitio, ita liberè incedit, vt etiam currat dum libet. Id ipsum contingit in exercitijs, dum quis Deo purè inseruire cupit. Nam etsi anima sit integra, ad eam tamen alligata est & aggrauata, ac sine viribus, quibus se moueat in perfecto itinere: quod in sacro Euangelio aperitur, & in hac
quam

PROLOGVS.

quam tradimus, arte declaratur, ut omnino ambulare nesciamus: aut si ad hoc mouemur, id tanta sit difficultate, ut nostrum ambulare propemodum nihil sit: viriliter tamen in hoc contendamus: nam dum id vix sperare audebimus, etiam curremus per sublimia illa itinera: ut de nobis verè dicatur, quod motus nostri potius sint Angeli volantis, quam hominis in terra ambulantis. Plurimum autem annotandum est, neminem debere excusationem prætexere, ne Deo inseruiat modo quem hic tradimus, quasi contentus literalis obseruatione sue regula, aut præceptorem Dei, utpotè qua ad assequendam salutem sufficiant: Nam

1. Thes. 4. ut habet Apostolus, voluntas Dei est sanctificatio nostra. Quum ergo mundi amatoribus non sufficiant acquisita iam opes, sed plures semper exoptant, etiam Deo contrarium præcipiente, neque nos presentibus contenti esse debemus, seu virtutem eximiam, ac

pre-

PROLOGVS.

premium quod expectamus, in dies augmentare expedit, cum Deus ad eum ardentem desideret, ut illud obtineamus. Quod si eum non tendit noster appetitus ea ratione qua nobis id utile est, saltem vel ob id eum se extendat, quod sciat Dei esse voluntatem, ut in omnibus magnificemur, tanquam filij talis patris aeterni, qui est in caelis, & nos admonet dicens, Sancti estote, *Leuit. 19.* quoniam ego Dominus Deus, & pater vester sanctus sum.

Potest autem hic liber inscribi *Ratio, Ars seu Methodus apte inseruienti Deo, qui in tres partes secari poterit.* *Diuisio totius libri.* Prima continebit quaedam documenta, seu regulas vniuersaliores, quibus in omnibus nostris actionibus dirigamur. Secunda pars quaedam magis particularia, in quibus DEI seruum exerceri oportet, quo restaurari valeat strages aut corruptio, quam in eius animam induxerunt peccata. Tertia de Dei amore tractabit, & eorum que

PROLOGVS.

qua ille amari iubet, in quo amore consistit legis & omnis boni nostri operis adimpletio. Aduertat autem quisquis hac legerit, quantum adhibet laborem ac diligentiam, qui in arte quampiam peritus & instructus esse cupit, & quam equum sit ut hac in re maior adhibeatur diligentia. His ergo considerationibus adhibitis, & potissimum adiuncto supremi præceptoris nostri IESU Christi, ac æterni Dei & domini auxilio, dictam artem seu Methodum inchoemus.

FINIS.



PRE

PRIMA PARS.

PRIMO DOCUMENTO POST
generales quasdam considerationes,
ponitur quoddam Euangelicæ per-
fectionis compen-
dium.



PRIMUM nobis visum
est quasdam tradere præ-
monitiones ei, qui hac
ratione seu Methodo v-
ti voluerit, potissimum
cùm ipse sibi magister futurus sit ac
discipulus. In primis igitur animad-
uertendum est, quod, vt ex scripturis
sacris ac patribus colligimus, omnes
in hunc mundum producti sumus,
non vt in bonis caducis huius vitæ
quiescamus, aut gaudium sumamus,
cum minima sint ac vilia: sed vt ab e-
is, quantum nostræ necessitati satis
est, iuxta Dei ordinationem assumē-
tes, totam vitam occupemus in sub-
limibus opibus magni illius Dei: qui
nos in hoc creauit, quò beatos nos
efficeret, ac sui ipsius possessores, qui
est bonum infinitum, in quo omnia

*Cur in hęc
mundū e-
diti simus.*

A bona

*Lege æ-
quitalis.
Deo sub-
limiori
modo ser-
uire tene-
mur.*

*Gen. 5.
Quando
quis ad i-
maginem
Dei esse
inuenia-
tur.*

*Mat. 5.
Sancti cur
esse debe-
ant.*

bona longè eminentius & abundan-
tius possidebimus, quàm vel cogita-
re sufficimus. Rursum nobis aduer-
rendum est, quod, licet Deus sub cõ-
minatione mortis æternæ nos non
obligauerit, vt suo obsequio effemus
perpetuò intenti, sed tũ duntaxat cũ
obseruandum occurrit aliquod eius
præceptum: lege tamẽ æquitalis qua
nos ipsos obseruare debemus tanquã
filios tanti patris. nõ cœnobitæ tan-
tum, sed & omnes Christiani obli-
gamur sublimiorem procurare san-
ctitatem, semperque seruire tam ex-
cello domino ac patri. Si quidem de
vniuersis dixit diuina maiestas: *Fac-
iamus hominem ad imaginem & simi-
litudinẽ nostrã.* Et iuxta sanctorũ do-
ctorum interpretationẽ, tunc homo
totus ad imaginem ac similitudinem
Dei inuenitur, cũ in hoc se occupat,
vt Dei magnalia cognoscat & amet,
eximiũ ex illis assumẽs gaudiũ. Et in
euangelio ait: *Estote perfecti, sicut &
pater vester cœlestis.* Sanẽ exquisitũ
est, vt sanctus sit, qui filius eius est,
quẽ Seraphim incessanter sanctũ de-
cantat

I. DOCUMENTVM. 3

cantat, ut nunquam obliti cuius si-
 mus filij, non satis nobis sit: donec
 iuxta nostram fragilitatem sancti si-
 mus, nempe ut cor nostrum à cuius-
 vis rei terrenæ amore abstrahamus,
 illud reflectentes in patrem nostrum
 qui infinitæ bonitatis est, magnoque
 affectu illuminat ac sanctificat eum qui
 ad suam maiestatem accedit, tanquam
 ad patrem tam excelsum, ac infinita-
 rum dignitatum & excellentiarum.
 Inuant quoque, ut in his magis mo-
 ueamur, quæ sub finem Prologi dixi-
 mus. Cognita itaque obligatione quæ
 vniuersi habent ad hoc ut sancti sint,
 potissimum tamen hi qui approbatum
 aliquem ordinem sunt professi, tanquam
 speciali^o ad hoc vocati, simul aduer-
 temus quod quemadmodum in hoc
 sæculo maxima approximatio siue
 amicitia quam potest quis assequi
 qui apud aliquem regem est, ut sit cum illo
 vnius voluntatis ac desiderij: ita ve-
 ritas in hoc vno consistit, ut quis
 vnius cum Deo spiritus sit ac volun-
 tatis. Verum ut ad sublimitatem il-
 lam peruenias, necessum est, ut cun-

*in quo
 vera san-
 titas con-
 sistat.*

A 2 Sta-

4 PRIMAE PARTIS

Statum virtutū iter pertranseas, quæ in euangelio reliquæ scriptura sacra describuntur, quasque nos filius Dei altissimi tanto labore docuit. His omnibus consideratis, quoniam ex magno appetitu quo homines ad quæuis scienda feruntur, etiam breui quodam summario scire cupiunt quicquid in opere quopiam continetur, quæue in eo tractanda sunt: iccirco quicquid in hac methodo vel arte, quam hic tradimus, comprehenditur, breui ac summaria hac consideratione proponemus, quæ animo in se collecto sæpius relegenda est.

*Summa
toti per-
fectionis.*

Quum homines nudi ac egeni creati simus, qui tamen fieri possemus diuini & opulentissimi, ad id semper certum Dei auxilium procurare debemus, nempe vt talis in anima nostra fiat mutatio, quò sentiamus voluntatem nostram in hoc insistere, non vt nostra quærat quatenus nostra, sed vt Deum quærat, & quicquid boni habet sua maiestas; nos ipsos autem tanquam aliquid quod Dei est, & quo, ex infinita sua bonitate ac dignati-

gnatione, sibi seruii cupit, adeò vt
 semper eximia illius bona gloriam-
 que infinitã habeamus, vt bona no-
 stra, imò potiora quàm nostra: & il-
 lum laudemus, in eo que gaudeamus,
 amplius quàm in quouis bono quod
 obtinemus aut speramus, vel quod
 nobis potest contingere, pro perfe-
 ctã beatitudine ducentes, vt illa ma-
 iestas possideat infinita bona, quem-
 admodum iam possidet, tãquam no-
 stri ipsorum nullam curam geretes:
 totis tamen viribus adnitentes, quò
 cœlo recipiamur, vbi illum videam-
 us, & perfectius gaudeamus: nõ ob
 nostrum per se gaudium, sed quòd
 maiestas illa, cum sit infinitæ gloriæ,
 infinita sua bonitate velit nos mag-
 nificari, sublimi illa hæreditate & o-
 pibus, quas ipse possidet, & cum ip-
 so omnes eos qui pro vltima sua re-
 quie ac bono exoptant, vt maiestas
 illa tantam habeat gloriam quãtam
 habet, idque est cum Deo vnum esse
 spiritum.

*Quid sit
 esse vnum
 cum Deo
 Spiritum.*

Notandum præterea est ad con-
 summationem nostræ summariæ cõ-

6 PRIMAE PARTIS

*Totius li-
bri huius
summa.*

fiderationis, quod cum iam veluti
per transfennam viderimus in quo
consistat mutari nos è nudis homini-
bus in diuinos, operæpretium quoq;
erit summam considerare quid in
hoc opusculo tractatur ad adipiscē-
dum tam sublime bonum: id autem
bifariā secari potest: qua in re graui
consideratione sistere debet cor no-
strum, si cupiat ad dictam sublimita-
tem ascendere. Horū prius est, vt o-
stendatur quā perdita & abiecta erat
anima nostra ad hoc, vt tā sublimem
mutationē assequi posset: alterū, vt
declaretur ac tradatur ratio vt bonis
considerationibus moueamur ad re-
parationē tāta stragis facta: vtq; co-
gnoscamus & vtamur magnis virib;
seu instrumētis, quæ in anima habe-
mus ad huiusmodi reparationē pro-
curandam, & ad abiiciendum prauas
consuetudines, animamq; ornan-
dam omnibus virtutibus: quò ita or-
nati, simus parati ad suscipiendā præ-
dictam sãctitatem: quæ in hoc potis-
simum cõsistit, vt diximus, quò vni-
cum Deo spiritus vniuscũque volun-
tatis

tatis efficiamur : ad quod omnino
 necessum est vt magna diligentia cō-
 siderentur, ac fiant quęcunq; aut prę-
 dicta sunt, aut in sequentibus dicen-
 tur. O dolendam stragem animarum
 nostrarum quę ex peccato factę sūt
 insensatę ac irrationales. Nam cū ad
 tā sublimia vocati sim⁹, audiamusq;
 illa ac legamus, veluti in prędicta il-
 la sūmaria consideratione relatū est,
 quidam tamē ad illa nō amplius tra-
 hūtur aut mouētur, quā irrationa-
 lia pecora cōspectis preciosis margi-
 ritis, aut cibus delicatissimis: qui ta-
 mē si videant, legant vel audiant ab-
 iecta quędam aut terrena, non secus
 ad illa rapiuntur, quā iumentum ad
 stramina, fœnum vel auenam, nēpe
 assuetū suum cibum. Quapropter ob-
 secro per viscera misericordię Dei
 aduertamus, qđ vt ad tantam sublimi-
 tatē extollerentur homines, Deus ip-
 se factus est homo, ob id ipse mori
 dignat⁹ est, cū tamē alijs modis in-
 numeris vitā nobis dare potuisset: ad
 id voluit vt angeli sui fierent nostri
 ministri, ad hūc finē dedit nobis cęli

*Quāta sit
 animarū
 nostrarū
 strages.*

8 PRIMAE PARTIS

terræque ministerium, & omnium quæ
in illis sunt. Qui igitur à tam subli-
mi vita auertitur, omnem hanc ordi-
nationem, quod in se est, deducit ad
nihilum. Complures, eò quòd nò at-
tigerint perfectam notitiam prædi-
ctæ rationis, nec intellexerint, quam
prædiximus, debitam sibi excellen-
tiam, omiserunt animas suas iuxta
Dei voluntatem sublimare aut ex-
tollere, adeò vt multi Deo dediti ac
religiosi, eò quòd non intelligerent
quando in suis operibus ob solū Deū
moueantur, frequēter aurichalcum
pro auro, & stannum pro argento e-
ligunt, aut quòd mediocre est pro e-
minentiori: Vnde ex superbia quam ha-
bent in sui complacentia, paruaque
diligentia, quam hac in re adhibent,
prouenire solet vt tota vita in his e-
geni ac inopes persistant, contenti
fragili quadam dulcedine, &, quòd ad
rerum mundanarum appetitū, mor-
tificatione, quòd quantam in se ha-
beat deceptionem, iudicet is qui no-
uit Dei filium redemptorem nostrū
vitam egisse in hoc mundo plenam

innu-

*Quæ sit
causa cur
multi pij
ac religio-
si Deo
perfectè
non serui-
ant.*

Innumeris angustijs, mortuumq; esse morte innumeris plena doloribus, quò omnibus his rebus inuitaret, vt ipsum sequeremur eodẽ sublimi suæ diuinæ voluntatis itinere, abstracti ab infinitis proprijs cupiditatibus, quæ quolibet momento nobis representantur, & cum propriæ sint, abigi debent, quò vniuersa nostra opera proficiantur à suprema volūtate diuina, veluti iam diximus, latiusque postea dicturi sumus, atque ex consequenti vnum idemq; efficiamur cum ipso summo Deo: & de eius sublimitate ac gloria magis quàm de nostris proprijs gaudeamus.

Nec est quòd quisquam queratur librum hunc intricatiorem seu difficiliorem esse quàm alios similes, nẽpe qui ad fouendam deuotionem descripti sunt. Nam hic, qui nonnullis videtur obscurior, tantæ claritatis est, vt cæteros huiusmodi libros, qui communiter leguntur, reddat intellectu faciles. Si quidem libri morales, seu deuotionis causa conscripti, tria potissimum continent: primum

*Cur Dei
filius tam
multa in
hoc mundo
sustinerit.*

*Libri deuotionis
causa cõ-*

*scripti
quae tria
potissimū
contineat.*

- 1.
- 2.
- 3.

ea quae facere debemus, deinde varia dicta, rationes & exempla, quibus pro-uocemur ac inuitemur ad faciendum quod bonum est: verbi causa, profe-rēdo in medium, varijsq; rationibus ostēdendo maiestatem ac bonitatem di- uinam, virtutis eminentiam, ac respō- dēs ipsi praeium, peccati malitiam, ac pēnam ipsi destinatam. Tertium verò (quod tamē pauci ex ijs libellis cōtinent) est dare formam ac modum quibus ad opus deducere valeamus bona quae illi docent ac praecipunt, quamq; ob causam tam amplis ver- bis ad ea nos inuitem t. Et, quēadmo- dum initio Prologi ex D. Ambro. di- ctum est, parum nouit qui tertium il- lud nō nouit. Itaq; licet tria haec sint admodum necessaria, tertium tamen quodam modo dici potest magis ne- cessarium: nam libri, quos ut pluri- mum legere solēt qui theologiae ope- ram nō dederunt, parum admodum de eo tractant. Atq; ita dici potest oēs eos libros esse subobscuros, cum nō doceant quibus modis operari valea- mus, etiā, si cetera omnia pertractēt.

Quid

I. DOCUMENTVM. II

Quid causa fuerit cur id scribere o-
miserint, non nostrum est hic perseru-
tari: Credimus tamen illos varijs iu-
stis causis ad id fuisse permotos, quæ
id tunc expetebat. Nunc autem Deum col-
landemus, quæ in tam breui Metho-
do de re adeo necessaria nobis pro-
uiderit. Ut ergo ad nostrum propositum
reuertamur, ostendamus librum hunc
cæteris esse lucidiorẽ, ac veluti illo-
rum interpretẽ, quod ex eo manifestum
erit. Nam totus propemodum in hoc oc-
cupatur potissimum, ut Methodum
tradat ac modum, quo moueantur in-
tellectus & voluntas, ut homo intel-
ligat, ac valeat in op^o deducere sub-
limia illa, quibus pleni sunt prædicti
libri. Recte igitur consequitur hunc
esse illorum veluti interpretẽ seu de-
claratorem, quod re ipsa iam experti
sunt complures, qui eum sibi familiarem
effecerunt, idemque experientur quot-
quot illi se addixerint. Quod si adeo
apert^o non videatur, aduertam^o rem a-
deò spirituale, cuiusque tam rarus sit v-
sus, scribi non posse verbis cuius fa-
cile patentibus, neque quemquam posse

*Libri huius
facili-
tatem
ostendit*

Eundem ab insigni utilitate commendat. adipisci sublimia nisi magnis laboribus. Tandemque lectorem certum reddimus, quòd is qui secutus fuerit documenta huius methodi, è sacro euangelio deprompta, trimestri spatio perfectius animam suam instituet, quò ad perfectum Dei amorè accedat, quàm longo admodum tēpore posset efficere is, qui hoc libello sese iuuare negligeret, quū Deus ac Dominus noster varia ad hoc nobis dederit instrumenta, multasque vires ac potentias vt ijs omnibus laboraremus, omnibusque illis iuuaemur ad obtinendum rem adeò sublimē, quàm est perfecta animæ dispositio, requisita ad Dei amorem.

SECUNDVM DOCUMENTVM maximè necessarium agit de fine & scopo, quibus moneri debemus ad operandum ea quæ seruiunt reparationi ac remedio animæ nostræ, imò quæcunque efficere decreuerimus.

ANte omnia præ oculis habendus est finis qui nos mouere de-

II. DOCUMENTVM. 13

debet ad agendū, quod scitu admodū
 necessarium est, & omni momento
 inspiciendum: opus enim nō ampli⁹
 habet bonitatis, quā quod accipit
 à fine propter quem fit: qui si malus
 esset, & opus malum esset, etiam si ex
 se alioqui bonum foret. Quum itaq;
 Deus bonum sit infinitum, illud me-
 lius erit opus, quod purius factum e-
 rit illius intuitu. Pro cuius declara-
 tione animaduertendum est, oportere
 seruum Dei, qui domino suo
 placere cupit, in anima sua validam
 plantare voluntatem seu habitum
 volendi, ex validis aut frequentibus
 id volendi actionibus ingentū, quæ
 voluntas aut habitus ita innatus ipsū
 moueat ac sētere efficiat, quod quic-
 quid corpore aut anima operatus fu-
 erit, quicquid cogitauerit aut locut⁹
 fuerit, imo & virtutes quas procura-
 uerit, vnā cum hoc ipso animæ suæ
 remedio, omniq; sua deuotione, o-
 mnia inquam hæc fiant, quoniā De⁹
 illa vult, illa semper à nobis exqui-
 rit, estq; his omnibus ob suam infi-
 nitam bonitatē dignissimus, seu quo-

*A fine o-
 pus acci-
 pit suam
 bonitatē.*

*Quid in o-
 mnibus a-
 ctionibus
 nostris pa-
 tissimum
 pro fine
 spectare
 debeam⁹.*

niã per hæc ducit sibi præstari obsequiũ, vtq; vsitatoribus verbis exprimam⁹, vt his obsequijs gratum quippiam ipsi præstet. Dixit quõdam seruus ac discipulis suis diuina illa maiestas, quòd ob id ipsis loqueretur vt suum gaudium in ipsis esset. Hoc autem est Dei gaudium quod in nobis

IOAN. 15.

S. AUGU.

est, vt ibidẽ D. declarat Aug. quo dignatur gaudere de nobis, nempe cum illi obsequimur ad eius voluntatem. Porrò nullus modus ipsi adeò gratus est, quàm is quem modò diximus: nempe vt Dei seruus adeò velit id quod Deus vult: adeò desideret quicquid ipse est, aut potest omnibus suis viribus effundere in Dei obsequium, vt in quocunque opere quod operatus fuerit alium finem, qui ipsum in opus deducat, nullũ sentiat, quàm velle placere ipsi Deo, siue vt rem gratã Deo faciat. Id in quã, significare volo, vt modo quõdam obliuiscatur boni ac gloriã, quã ex opere virtutis ipsi accedere potest, solius Dei, qui hoc expetit, memor: & ob id solum operari velit quoniã Deus id cupit, id

II. DOCUMENTVM. 15

id iubet, & non sine magna causa sua bonitate expetit. Hæc omnia aliquo modo apertius percepit poterūt subsequenti paradi-gmate. Est quispiam *Declara-* ægotans qui sanitatis recuperandæ *tur id ex-* gratia cibum aut medicamen *emplo e-* ali- *grotantis* quod expetit, nec solum expetit, sed & opere ipso procurat. Interim cōtingit singularem quendam huius amicum maiori premi ægritudine, atque eodem cibo aut medicamine longè magis egere. Hic prior ille ægrotus, veluti suæ qualisqualis ægritudinis immemor, ac desiderij quod ad cibum vel medicamen sui ipsius gratia habuit, iam incipit idem ipsū desiderare, ac procurare non sibi, sed illi amico, adeò vt amor ad amicum efficiat, vt id expetat ac exquirat, quòd illi sit necessarium, non vt suæ ipsius satisfaciat necessitati, sed amici necessitati, ita vt cum per varia discurrens illud exquirat, sentit in animo quoddam desiderij feruere, illud acquirendi pro suo amico, tanquam oblitus quòd ipsemet illo indigeat, deinde illud affecutus sum-
me

16 PRIMAE PARTIS

me gaudet quod iam explebitur voluntas ac necessitas sui amici. Simile igitur esse debet id quod seruum Dei moueat ad omne desiderium & opus, simili omnino modo, nempe ut in anima sua sentiat instinctum quo desideret & operetur bonum. Sit autem illud desiderium, quia Deus optat ut illud operemur, & per hoc ducit sibi prestari obsequium, ac si sibi esset admodum necessarium, quasi penitus obliuiscens quod per has virtutes quas exquirimus, desideramus, aut operamur, consecuturi sumus gloriam & salutem. Siquidem longè magis necessari' finis est, ideo operari quod Deus velit ut illud operemur, & propter eius bonitatem quæ nos cogit ad eum amandum, ipsiq; seruiendum, quàm ut bonum & gloriam nobis ipsi possideamus. Optare enim debemus possidere bonum & gloriam, eò potissimum, quod Deus cupiat nos illud desiderare & habere, & ut illa habendo amemus eum, ipsique modo sublimi seruiamus, & non ob nostrum commodum, gaudium vel gloriam.

Est.

II. DOCUMENTVM. 17

Est autem tanta Dei bonitas ac magnificencia, quot quantò amplius hoc modo talique ratione concupiuerimus & operati fuerimus, tanto amplius merebimur, tantoque maior erit nostra gloria. Quod nunc diximus, fortasse quibusdam difficile videbitur, sed inchoantibus talia apparent cuiusvis rei principia: iudicant enim se non assecuturos id quod inchoant, sed tãdiu se in huiusmodi reb' exercet, vt per cõtinuũ exercitiũ mag' stri reddatur, vbi primũ nò audebãt se vocare discipulos. Et aduerte quòd si quis voluntatẽ deuotione accẽsã haberet, tãta facilitate hæc omnia operaretur, declarata breuiter hac operandi ratione, vt minimo temporis spatio summa exequi videretur. Verũ ei cui tanta deuotionis inflammatio non datur, notandum erit id quod nunc subiiciemus, in quo distinctim tangitur modus aut ratio, quam ad id assequendum seruare debemus. Ponat quisque Deum tanquã summum sibi amicum ex parte vna, seipsum autem ex altera. Quãdo voluntas

Quo methodo procedendum sit, vt quis iuxta hæc prescripta operetur.

luntas

luntas mouetur ad cupiendum talem virtutem, aut tale opus bonum, consideret quisque quo fine mouetur, & videbit vt plurimum se metu poenæ, aut amore gloriæ seu virtutis moueri. Hoc motiuum non satis nobis esse debet, & si malum non sit, sed cùm voluntas, præsupposito di-

*Sola Dei
voluntate
moueri
debemus.*

uino auxilio, libera sit vt vno relicto alterum eligat, prout sexto documento latius videbitur, cumque no- uerimus præstantiorem esse, magisque nos mouere debere Dei voluntatem, quàm nostrâ propriam, faciat sibi quisque vim, omittatque velle modo quo solet, & voluntatē eò transferat, vt idem meliori ratione velit,

*Insipientia
eorum qui
ad ea quæ
naturaliter
desiderant
agunt pro-
prie.*

nempe quia Deus illud cupit, qui dignus est omni obsequio. O quàm vile se reputare deberet is qui quippiam operatur, vult aut desiderat motus quodammodo naturali desiderio, etiam si illud bonum sit ac virtuosum, cùm ipsi^o Dei desiderium aut voluntatem semper præsentem habeat, quæ interiora nostra semper mouere debet ad quippiam volendum, potissi-

muam

II. DOCUMENTVM. 19

nam cum iam in nobis situm sit, ve
omittentes nostrum velle quatenus
excitatum est nostro veluti naturali,
licet bono desiderio illud assuma-
mus ac omnino velimus, moti illo
supercaelesti desiderio. Sanè horum
scoporum seu motiuorum tantum
est inter se discrimen, vt nulla mun-
di res à quavis alia tantum differre
valeat, quantum vnus horum scopo-
rum seu motiuorum ab altero. Adeò
vt incomparabiliter vnus altero ma-
gis præmineat quàm sol omni suo
splendore excedat splendorem mi-
nimæ candelæ, & mare vnà cum om-
nibus fluminibus minimam aquæ
guttulam, aut innumera auri talenta
præ vase plumbi superemaneat, imò
quàm omnium coelorum ampliando
vnus auellanz quantitate excede-
dat, quàm hominis dignitas naturalis
super minimum lapidem excellat.
Quaquam enim inter hominem &
lapidem maius sit discrimen quàm in-
ter omnia superiora, adhuc tamè ma-
gis inter se differunt prædicta duo
motiua. Hic enim magis appropin-
quamus

*Quantum
sit horum
duorum
motiuorum
inter se
discrimen*

Psal. 8.

quatur ad infinitam distantiam, quã inter hominem & lapidem quantumvis abiectum. Si quidem potissimum discrimen quod hominem à lapide differre facit, est, quòd ille possit operari tam excellēti motiuo seu scopo. Et quoniam angeli sunt tantæ naturalis excellētiæ, quòd facilius nobis illo motiuo operari possunt, dixit Psalmista: *Minxisti eum paulominus ab angelis*. Huius iã dictæ rei cõprobationes plurimæ addi possent: hæc tamen compendiosissima est, & quam puto sufficere debet quòd qui de hoc dubitauerit, magna diligentia procuret istud in opus deducere. Certò enim statim ad eò clarè videbit, ut iam verbis illud probari non cupiat. Et qui in opus deducere noluerit, legat apud Doctores sanctos qui illud asserunt, & fortassis apud se hoc gustabit, siquidẽ breuitas huius opusculi longiorem nõ fert hic probationem. Semper itaq; annitatur, ut continuè desideremus ac operemur moti tam beato scopo siue motiuo, cum ad eò ad id nos obliget diuina

II. DOCUMENTVM. 21

mina illa ac superna maiestas, nostræ
sublimitatis ex sola sua bonitate si-
cientissima, quod ipsius desiderium
semper nos mouere debet, & effice-
re vt nostra opera corporalia & spi-
ritualia, magna & parua, à corpore
aut anima ita procedant, illa inquã
etiam opera, quæ iuxta naturalẽ di-
spositionem, qua maiestas illa nos
cõposuit, operari debemus. Omnes
enim illæ vires vel actiones, à mini-
ma vsque ad maximam ad conserua-
tionem vitæ nostræ naturalis deser-
uiunt. Et quemadmodum illas relin-
quere non possumus, ita assumendo
illas ex Dei amore, ad incrementum
quoque spiritualis vitæ plurimũ fa-
ciunt. Atque ita opus infimum quod
præstiterimus, coram oculis Dei ma-
ioris erit dignitatis, quàm supremũ
opus ab illo præstitum, qui talẽ sco-
pum non habuerit. O rem miram, &
perpetua memoria dignã, quòd ma-
ioris sit corã Deo dignitatis hoc sco-
po siue motiuo comedere, quã sum-
pto alio, licet non malo scopo, nem-
pe possidendi cælestes delicias aut
eis

22 PRIMAE PARTIS

eis gaudendi, ieiunare, siue asperis
 corporis castigationibus sanguinem
 effundere. Non quòd laudandum nõ
 sit & bonum cęlestes optare delicias,
 sed quòd tantum præstet ille scopus
 isto motiuo, quàm totus mundus vna
 nuce auellana, imò & longè ampli.
 Vt autè hoc foelici scopo ad op^o mo-
 ueamur, conducit plurimũ vt in hoc
 potissimũ intenti simus, ne vnquã
 de vno opere ad aliud trãferamur,
 nec aliquod opus inchoemus, donec
 ad illud nos eo fine moueri sentia-
 mus quod existimemus aut sciamus
 Deum velle vt illud faciamus. Opus
 autem voco, quemlibet motum cor-
 poris aut animæ. Pro quo notandum
 est, quòd Deus immẽso iubilo & de-
 siderio cupit possideri aut amari o-
 mniũ hominibus, eadẽq; voluntate
 cupit vt omni motu amoris quẽ quo-
 uis vitæ nostræ momẽto operamur,
 illũ amem^o & toties quoties ipsũ a-
 mauerim^o, aut aliud quippiam egeri-
 mus, operemur illud actu, attracti ab
 hoc suo velle infinito. Quod tãtundẽ
 significat, vt vniuersalẽ regulã trada-
 mus,

II. DOCUMENTVM. 23

mus, quòd quãdocunq; aliquid agere
 voluerim⁹, nũquã illud inchoem⁹, ni-
 scõiectis primũ in Deũ oculis, quo
 aspectu cõtenti nõ simus, donec sãti-
 amus nos illud velle ob immensum
 gaudiũ, q̃ habet De⁹ de nostro recto
 opere. Quo viso, & sãsibiliter cogni-
 to quòd De⁹ sit dignissimus cui obe-
 diatur & seruiatur, veluti tali, & isto
 modo, tãquã sublimi, illi suę volũ-
 tati cõnexi, ad opus deducam⁹ quod
 viderimus esse faciẽdum tanquã om-
 nis nostri boni obliti. Iustũ sanẽ est,
 vt superna illa voluntas ei⁹, qui cre-
 auit oẽs voluntates, eã habeat præ-
 minẽtiã & dominium in oẽs volũta-
 tes, & nõ solũ ei obediãt in omni eo
 quòd mãdauerit, verum etiã vt quic-
 quid egerim⁹ illud faciam⁹, tãquã ob-
 liti de adimplẽda nostra propria vo-
 luntate, & adipiscẽda nostra gloria,
 sed vt in hoc, & in illo diuina illa vo-
 lũtas perfectẽ adimpleatur, absimq;̃
 alio respectu. Et quoniam cogitatio
 multas acquirendi diuicias efficit vt
 homo se frustratũ inueniat, cum ad-
 vertit illas se nõ affecutũ, expedit vt
 fini-

*Regula
 vniuersa-
 lis quando
 operis ali-
 quid in-
 choaturũ
 sumus.*

similiter consideremus (ne quis de se
 amplius praesumat quam habeat) quod
 multi putantes se assecutos esse, aut
 sensisse praedictum animi motium,
 existimarunt se magna opera pera-
 gere, & tandem reppererunt parua ad-
 modum esse, facile enim inuicem se
 compatiuntur ut quis ad bona incli-
 natus, gratiaque ac vera bona appe-
 tens, & Deo gratus, seu in statu gra-
 tia existens, considerans sublimita-
 tem quae consistit in amando Deum,
 habeat accensum desiderium perfe-
 ctè habendi talem amorem, cum ta-
 men suum hoc desiderium opus perfe-
 ctum non sit. Nam etsi desiderium
 de re perfecta sit, non tamen illud de-
 siderium opus perfectum erit, si de-
 sit perfectum animi motium, nepe
 ut procedat nostrum desiderium à
 magna voluntate, quae nos efficiat
 velle ac desiderare talem amorem,
 eò quod Deus vult ut illum habea-
 mus ad nostram exaltationem, quam
 plurimum concupiscit. Id ipsum au-
 tem quod dictum est de hoc bono desi-
 derio, similiter dici potest & debet
 de

de multis, qui magno feruntur zelo ad salutem animarum, aut bonum reip. in qua agunt, quique beatitudines illas possident quas tradit redemptor noster de fame ac siti iustitiæ, & plorant ob mala quæ vident aut sciunt esse in mundo, quæ omnia etsi bona sunt, possunt tamen abiecta esse, plurimumque à perfectione deficere, quemadmodum de prædicto desiderio amoris diuini nunc declaratum est. Quare prompti esse debemus, & in hoc attenti, vt in omnibus prædictis rebus moueamus actu voluntate ad operandum illo animi motiuo quod nunc declarauimus. Et quod de operibus illis dictum est, similiter intelligi debet & exerceri in vniuersis ac innumeris motibus quæ sese animæ offerunt, cuiuscunq; sint generis, imò & resistendo cuiuscunq; tentationi. Ad eò enim nobis procurandum est vt Dei voluntas in nostra regnet, vt iam nihil ex nostra sola oriatur, sed perfectius ex ea quæ Dei est, quæ in nostra dominetur, quemadmodum frequenter declarauimus.

B

uimus.

uimus . Magnam sentient difficultatem huius Methodi iter inchoantes, donec assequantur tam sublimem animi motuum, atque eximium operandi modum qui dictus est, & multis fortasse diebus videbunt se non plene illud assecutos: ne tamen studium remittant, seu conatum, sed aduertant plurimos mundanos etiam diutius laborare ut res viles acquirant, quas tandem frequenter non assequuntur: nos autem donum hoc certo assequemur, modo illud ex intima humilitate procuremus, perseuerantes, nosque ad id iuuantes ijs quae in sequentibus documentis traduntur, Sed grauer seipsum debet reprehendere, qui existimauerit alicuius esse dignitatis, aestimationis aut pretij, quod obseruet ea quae in ipsis continentur, cum aduertit magnitudinem praemij quod ipsi inde promittitur, nempe per haec obtinere praedictum animi motuum . Expedire autem iudico, ut omnes praemoneam quod sub initijs interdum contingat aliqua tepiditas in eo, qui tam subli-

Quid agendum cum in hoc exercitio te-

II. DOCUMENTVM. 27

sublimi modo sua opera dirigit, ^{piditas &}
 propter solum Deum illa operan- ^{liqua nos}
 do, poteritque admirari quòd assum- ^{obruat.}
 pto modo sublimiori minus de-
 uotionis sentiat : quemadmodum
 mirari posset, qui ad ignem acce-
 dens magis se frigeri sentiret,
 Et quoniam æquum est, vt huic et-
 iam difficultati prouideamus, ad-
 uertendum est : quòd quisquis
 huius causam considerauerit, vi-
 debit necessum esse vt ea tepedi-
 tas nos sequatur : nec tamen ideo
 minoris esse meriti opera nostra:
 itaque ad huius declarationem
 notabimus huius tepiditatis cau-
 sam esse, quòd iam non opere- ^{Tepidita-}
 mur, nec amemus ob nostrum ^{tas huius}
 proprium bonum, quemadmodum ^{que sit}
 solemus, nobisque naturale est. ^{causa.}
 Operantes autem nunc ex so-
 lo Dei amore, à nobis veluti
 remouemus radicem, vnde com-
 munitè ac naturaliter obueni-
 re solet omne gaudium, omitten-
 tes videlicet proprium nostrum
 bonum ac requiem : & alienum

bonum affumentes, nempe Dei gloriam, pro requie ac fine nostrorum laborum: quæ cum res sit supernaturalis, nobisq̄ adeo insolita, non mirum, si magnum adferat laborem efficere huius modi mutationē. Vnde ex prædicto gaudio nobis provenit hæc tepiditas ac frigiditas: donec multum assueti simus sentire & appreciari, æstimare, amare, longeq̄ pluris facere Dei gloriam quam nostram, eamq̄ longè magis pro nostra ducere, quàm ipsam nostrâ propriam, tanquam rem quàm multò magis amamus. Hoc ubi probè adepti fuerimus, pertingemus ad ignem, qui tepiditatem aut frigiditatem nõ recipit, & præterea longè maius erit nostrum meritum: quod longè apertius fiet, ubi viderimus ea quæ in subsequentiibus continentur post medium quarti capitis secundæ partis huius opusculi de oratione.

Obiectio

Nunc itaque cognito sine propter quem operari nos oporteat, posset quis aduersus dicta moueri admiratione, quòd cum scriptura sacra, po-

siat

tiffimum euangelica, fit adeò perfe-
 cta, non tamen videtur còtinuè hunc
 finem proponere, cùm aliquid ad-
 monet, iubet, aut prohibet: sed vt
 plurimum vel poenas comminatur,
 aut inuitat proposita gloria Pro quo
 aduertendum est, quòd quemadmo-
 dum Dei filius, Dominus ac redem-
 ptor noster à quo promanauit do-
 ctрина nostra euangelica, cùm in se-
 ipso perfectissimus esset, frequenter
 in sua persona suscepit ea quæ fragi-
 litatis aut infirmitatis nostræ erant,
 quò nostræ fragilitati condescende-
 ret, quemadmodum dum fugit, sese
 occultauit: & quasi mortem metuès
 panère actædere cœpit, aliaque fi-
 milia fecit, prout ostendunt sacra e-
 uangelia: ita quoque voluit vt ipsius
 doctrina talibus verbis scriberetur,
 qualia requirebat nostra abiecta cõ-
 ditio ac fragilitas operantium, qui
 maiori ex parte mouendi erant ad
 operandum spe gloriæ aut metu pœ-
 næ, præsupposita post peccatum hu-
 mana corruptione. Simul tamen an-
 notare debemus, quòd quemadmo-
 dum

Cuius Euan-
 gelica
 Doctrina
 sublimem
 hunc finem
 nõ semper
 nobis pro-
 ponat:

Marc. 14

dum redemptor ac seruator noster
 Christus infirmitates illas cum sum-
 ma perfectione & charitate susce-
 pit: ita vir perfectus doctrinam e-
 uangelicam audiet, & iuxta illam o-
 perabitur: motus quidem minis ac
 promissionibus quæ in illa conti-
 nentur, hoc tamen ipsi ceteringet abs-
 que vlllo detrimento perfecti modi
 operandi, de quo tam multa hoc do-
 cumento diximus. De quo si quis du-
 bitauerit, aut putauerit hæc non pos-
 se inuicem se compati, poterit id
 perspicere verum esse, vbi declara-
 tum fuerit quo pacto modus ille
 perfectus stare possit simul cum eo.
 sacræ scripturæ loco, quo redemptor
 noster poenis inferni nos terret:
 nam eo modo quo istud intellectum
 fuerit parebit quicquid in eum mo-
 dum alio loco legerimus, Dicit
 Christus in sacro euangelio, *Nisi pe-
 nitentiam egeritis, omnes similiter pe-
 ribitis*. In quibus verbis continetur
 vnum præceptum sanctumve consi-
 lium, additis & minis, in quibus mi-
 nis, duo considerari possunt. Pri-

imum

*Luc. 13.
 Præcepta
 illa sue
 consilia
 que mi-
 nis conti-
 nent.*

II. DOCUMENTVM. 38

mum est poena quæ nobis commi- ^{quomodo}
 natur, alterum voluntas qua Deus ^{accipenda}
 minatur, & hæc est voluntas vt illi ^{sint, vt}
 seruiamus, & non pereamus. Verus ^{sublimi}
 Dei seruus illi præcepto debet obe- ^{huic fini}
 dire, non quò poenâ euadat, sed quod ^{nihil ob-}
 Dominus Deus qui comminatur, cu- ^{fiat.}
 pit ac vult vt poenitentiam agamus,
 nec in eam poenam incidamus. Me-
 mor ergo quod Deus desiderat vt i-
 psi seruiamus, nec in tantum malum
 incidamus, quasi damni suæ poenæ
 oblitus, agit poenitentiam. Iste ita-
 que illa perfectione operatur, mo-
 tus tamen comminationibus sacræ
 scripturæ. Et ita continet scriptura
 summam suam perfectionem, et-
 iam si simul habeat quod infirmita-
 tis ac fragilitatis esse videtur, vt &
 fragilibus seruiat, illoque moueat
 ad operandum, prout sua fragilitas
 expostulat. Quod autem in hunc
 modum intelligenda & recipienda
 sint promissa & minæ sacri euange-
 lij, satis ostenditur ex primo illo,
 maximo man dato omnibus posito, ^{Mat. 23.}
 quo præcipitur vt amemus Deum

*Quomodo
quis possit
perfectè
implere
summum
illud de
Deo dili-
gèdo m-
datum.*

ex toto corde nostro ac viribus: quod non satis adimplet is qui non in Deum impendit omnes vires quas habet, ut ipsi seruiat, utque & gloriâ cœlestem desideret, & pœnam gehennæ abominetur tam illud desiderando, quàm istud abominando eodem modo quo iam diximus: nempe ut postremus utriusque finis sit adimpletio diuinæ voluntatis, & eius obsequium ac gloria: siquidem seruiendo ipsi, & obtinendo cœlestem gloriam, euadendoq; gehennæ pœnam eò peruenimus, ut perfectè adimpleamus summum illud de Dei amore præceptum, quod semper transgredemur transmissi ad pœnam perpetuam. Vidimus itaque causam cur sanctum Euangelium illo modo præcipiendi ac comminandi utatur, dum omnes communiter alloquitur, tam fortes quàm fragiles & imperfectos. Sed quoniam hic noster tractatus maiori ex parte dirigitur, non ad eos, qui adeò infirmi sunt ac debiles, ut eis magno oneri sit vel ipsa Dei præcepta adimplere, sed ijs potius quibus

III. DOCUMENTVM. 33

bns leue videtur Domini onus, & iugum suaue, qui que summè appetunt illum sequi, assumèdo summum perfectionis modum, idcirco vt plurimum procedit absque comminationibus aut promissis, sed passim attingendo supremum illum finem qui Deus est, in quo, vt diximus, ad eò fixum debet esse cor nostrum, vt nihil appetamus aut metuamus, nisi quod nos adducit vel abducit ad eo, quod ille vult vt nos appetamus aut metuamus: idque quia ipse cupit, quod ipsum latius postea declarabitur primò tertix partis capite.

III. DOCUMENTVM.

De duplici modo seruiendi Deo, & quantum deceat omnes, potissimum tamen personas religionem aliquam professas, vt secundo, hoc est, sublimiori modo, Deo obsequantur.

Tertio loco animaduertendum est ei, qui tam sublimi & excelso Domino seruire cupit, quot modis contingat ipsi seruari,

B^s s^o

vt^t

vt hoc cognito, eligere valeat eum
 qui illi sit gratior. Quum autem i-
 dem Dominus ac doctior aeternae sa-
 pientiae adolescenti cuidam cupien-
 ti id ab eo discere, declarauerit du-
 plicem esse hunc modum, non est quod
 super hac re longius disceptemus.
 Primus itaque modus consistit in ob-
 seruandis Dei praecipis. Secundus
 autem, vt qui perfectus Dei seruus fi-
 eri cupit, relictis omnibus quae mun-
 di sunt, sequatur vestigia diuinae illi
 maiestatis, quae reliquit viuus in ter-
 ris, cuius sacra vita multis exercitijs
 deducebatur, & per graues labores,
 non quod sanctissima ac regia illa
 persona ipsis indigeret, sed quia sin-
 gula illa exercitia plurimum no-
 stra referebat imitari: voluit seruus
 fieri vt nos seruire doceret. In plu-
 rimis autem rebus seruiuit, vt intel-
 ligeremus quam exercitata, & exa-
 cta in omni virtute esse debeat il-
 lius anima qui tanto domino probè
 obsequi cupit, illumque amare. An-
 notandum est autem quod etsi De-
 us ac Dominus noster in hominum
 liber-

Matth. 9

*Duplex
 modus ser-
 uandi*

*Deo.
 Primus
 mandato-
 rum.*

*Secundus
 consiliorum.*

III. DOCUMENTVM 35

libertate & comitate reliquerit, non
 necessariò obligando vt secundo
 modo hic posito ipsi seruirent, ad id
 tamen omnes obligantur, nisi abie-
 cti & incircumspecti esse malint.
 Omnibus siquidem positum est ma-
 gnum illud mandatum de amando
 Deo toto corde, omnibusque viri-
 bus. Quòd si reprehensione dignus
 iudicaretur, qui ad aliquem locum
 accederet, intentione quippiam
 necessarium aut admodum utile
 in opus deducendi, si illo relicto
 in alia quauis re abiecta sese occu-
 paret, longè magis culpandus est
 qui ad hoc natus in hunc mundum
 (quod nobis omnibus conuenit) vt
 omnibus viribus semper seruiat sù-
 mo Deo, huius seruitij dignissimo,
 & in quo tanta est utilitas, illud ta-
 men ipsum omittit, eò quòd ipsi sub
 pœna mortis id non præcipiat, oc-
 cupatus interim in abiecto eius ser-
 uitio, mixto mundanæ vanitati que
 velocissimè transit, plurimumque
 mali adfert. Quòd si omnes cul-
 pandi sint Deo non seruientes

*Omnes
 homines
 ad seruiti-
 dum Deo
 sublimiori
 modo in-
 uitantur.*

*Simile
 quo illorū
 reprehē-
 ditur neg-
 ligentia
 qui Deo
 perfectio-
 ni modo
 seruire nō
 conantur.*

B 6

illo

Religiosi
multo
magis quā
alii Deo
perfectis-
sime ser-
uire tenē-
tur.

illo secundo modo, iuxta cuiusque
statum & conditionem, longè magis
religiosi, qui mundo relicto iam il-
lud inceperunt, feceruntque se quo-
dammodo familiares in domo &
mensa Dei, id continuare debent, o-
perando quod perfectius est, imitan-
do filij Dei vestigia, qui (vt habet D.
Bern.) non contenti solis præceptis,
semper scrutari debent, & ex ijs que
de verbis diuinis, & conditione di-
uina nouerunt, inuestigare quid De-
us velit, quidue illi magis gratum sit
vt agamus, & ad hæc dati sunt nobis
intellectus & appetitus, vt semper
magna perquiramus & scrutemur.
Quum autem in hoc documento a-
gamus de duobus his seruiendi mo-
dis, vt illum eligamus qui gratior est
altissimo regi, breuibus ac vsitatis
verbis declarem sententiam quam
redemptor noster intendit, dum se-
cundum seruiendi modum tradens,
ait: *Veni, sequere me*; vbi videtur o-
mnibus & cui libet nostrum dicere,
vt quicquid ad nostram doctrinam
scriptum est compleamus: non so-
lum

Matth. 19.

lūm operantes cum amore, sed ex amore, siue propter amorem. Hæc enim vestigia sunt quæ ille iubet ut sequamur. Proinde non satis est aliquid adimplere eius quod ibi scriptum est, sed totum complendum est. Nec satis est ad bene seruiendum operari cum amore, siue comitante amore: sed opus est ut fiat cum amore, & propter amorem. Cum amore seruit exoletus aut minister, qui amat quidem dominum suum, non tamen propter amorem id facit, quando illi non seruiret, nisi mercedem ab ipso expectaret. Seruiret autem illi cum amore & propter amorem, si ob id solum seruiret, quod talis dominus cupit, & gratum habet tale eius obsequium: & quia diligit bonitatem ac societatem talis sui domini absque villo alio respectu. Huiusmodi verum obsequium est, quod à supremo domino ac magistro discere debemus, qui, ut nouimus, pro nobis seruire voluit, ex quo seruitio & ipse affectus est vniuersale dominium, & nobis continget regnum perpetuum.

*Quid sit
seruire est:
amore.*

38 PRIMAE PARTIS

*Quid sit
Christum
sequi.*

um. Quòd autem verba illa: *Veni sequere me*, significant vt adimpleamus cum amore & propter amorem, quicquid scriptum est vt faciamus, facile perspiciet qui aliquid diiudicare nouit. Siquidem Christum sequi, est, operari, quod ipse ad nostram doctrinam operatus est, & eo modo quo ille operatus est. Ipse autem indubiè omnia cum amore & propter amorem operatus est, cum sublimior sit ille modus, quod & nos facere possumus, quanquam non tam perfectè quàm ipse. Quumque ita sit, nequaquam nobis dicendum est, quòd iusserit Dominus tantum vt in operando ipsum sequamur, & non in modo operandi: cum parum admodum profit ipsum operari, si desit modus ille iam dictus & declaratus operandi, nempe vt operemur cum amore, & ex amore. Neque enim de tam sublimi præceptore, tamque liberali, & magnifico Domino suspicandum est, quòd parua utilitatis doctrinam nobis tradiderit. Quapropter cum prior horum modorū clarus

III. DOCUMENTVM. 39

clarus sit, qui & è suggestu & alibi
indies traditur, quo pacto videlicet
ita Deo seruiatur de secundo potissi-
mum modo taquam perfectiori mi-
nusque vulgari, & rariùs per docu-
menta declarato, nunc artem tradi-
mus, quæ etiã abudè omnibus pro-
desse poterit. Quapropter rursus ex-
hortamur omnes qui tam sublimem
adeoque vtilem artem addiscere cu-
piunt, vt animaduertant quòd si ad
humiles & abiectas huius mundi ar-
tes addiscèdas necessarij sunt instru-
ctores qui eas doceant, ad hanc lon-
gè magis erunt necessarij: qui si non
adeo perfecti possint haberi, supple-
re debet exacta discipulorum diligè-
tia quod illinc deest. Super omnia
autem docebit in omnibus Spiritus
sancti vnctio.

IV. DOCUMENTVM.

1. Ioh. 8.

*Quo præ oculis ponitur strages in ani-
ma per peccatum facta: vnde pro-
cessit vt sit adeò difficile Deo subli-
mi modo seruire, ad quod tamen na-
ti eramus.*

Quarto

*Quantam
fragem in
anima fe-
cerit pec-
catum.*

Quartò grauius animaduertē-
dum est, vt tanto domino ser-
uire cupientes, consideremus
qua dispositione constituti simus, vt
cuius defectui in nobis ritè prouideamus. Annotabimus ergo quod omne malum quo impedimur ne Deo sublimi modo seruiamus, à peccato prouenit, quod animam debilitauit, & ad malum conuertit. Nam si illud non interuenisset, magna facilitate quoduis bonum operaremur: accedente verò peccato in tantum dissoluta sunt nostra desideria, appetitus ac voluntates; graui infirmitate spiritali ab hoc peccato emanante, vt iã veluti fastidiosi vix aliud quippiam amemus aut desideremus quàm abiecta, damnosa ac vitiosa, bono infinito, ad quod conditi sumus, obliuioni tradito, tanquam re in qua iã gratum saporem non percipimus. Atque hinc prouenit animæ confusio, ac perturbatio quam in nobis sentimus, in tantum distracti ab eo ad quod conditi sumus, vt bono relicto semper inclinemur ad malum. Sum-

mope-

IV. DOCUMENTVM. 41

moperè tamen considerandum est, quod etiam si in nobis contigerit tantæ egritudinis strages, non aufertur tamen ob id obligatio ea peragendi quæ debemus, & ad quæ in hunc mundum venimus. Nam etsi ex dicta iam infirmitate qua detinemur difficilior sit nobis operari, non tamen adeo, ut omnino impotentes nos reddat, præsupposita diuina nobis fauente misericordia, cuius auxilio reparari potest nostra perditio. Præterea animaduertendum est, quod eò magis accedit quis ad egregiam illam dispositionem quæ ad seruiendum Deo exigitur, quæque fuisset in anima ad omnia, nisi illa peccasset, quo magis reparatas ac dispositas habet appetitiones & desideria, per peccatum, ut iam visum est, prius indisposita. In autem hæc reparata habebit, qui attentissimo studio profundaque consideratione eorum quæ dicturi sumus, hæc omnia ad Dominum Deum nostrum direxerit, repugnans omnibus quæ extra huius domini voluntatem concupiscit, amplectens autē

Quæ dispositio requiratur in anima ut Deo perfectissime seruire possit.

& se

& sequens omnia remedia quæ inuenire poterit, seu quæ hic dicentur. Eo verò gradu quo quisque id obtinuerit, in eo sublimabitur hie virtute ac sanctitate, & postea gloria. In tantum autem posset quis in his proficere, quòd eam propemodum obtineret facilitatem, ad operandum cum magna delectatione, quam in statu innocentiae habuisset, quemadmodum nonnullos sanctorum credimus obtinuisse. Quæ verò nobis agenda sint vt istud obtineamus, hic tractandum est, quantum Dominus ad id adiuuerit. Debent autem hæc frequenter & attentissimè legi. Semel enim aut iterum perlegere non magis prodesset, quàm ei qui dialectices ignarus est, prodesset, semel aut iterum cursim librum perlegere qui eam artem traderet.

V. DOCUMENTVM.

De instrumētis tum in corpore, tum in anima, ad obtinendam hanc reparationem nobis traditis, quanquam tamen omnis sanctitas in hoc potissimum

*simum consistat, vt quis continuè o-
peretur his quæ in anima consistunt.*

Quintò itaque animaduerten-
dum est, quòd sicut corpus
habemus, & animam, ita in
vtroque horum instrumenta habe-
mus quibus operemur. Siquidem
corpus pedes habet ad ambulan-
dum, manus ad quicquid operandum,
linguam ad loquendum, & ita de cæ-
teris. Anima verò habet intellectum
quo cognoscat, voluntatem qua ve-
lit, variasque similiter appetendi vi-
res. Est autem notandum, quòd quo
sublimior est operans vnà cum in-
strumento, eo sublimius est & opus,
modo cætera ad actum concurren-
tia sint paria. Corporalia quidem o-
pera tantò plus habent excellen-
tiam, quantò excellentius est ani-
mæ instrumentum quod ad actum
concurrit. Dicitur autem e-
gregium instrumentum quod ad
actus productionem mouetur bo-
no fine, quare excellentissi-
ma instrumenta sunt intellectus
& vo-

*Que sint
instrumē-
ta animæ
quibus o-
peratur.*

& voluntas, quæ possunt à solo Deo moueri: veluti secundo documento diximus. Parui itaque æstimanda sũt corporalia, quæ ita non proficiuntur. Et hoc est quod volebat D. Paulus, cùm ad Timotheum scriberet, corporalem exercitationem ad modicum esse utilem. Porrò animæ actiones alterius sunt generis, nempe quòd ex se possunt magnæ esse utilitatis: Veluti si quis intellectu se exerceat, considerando quantæ abiectionis sint honores huius mundi: quantæ autem sublimitatis sit quod Deus præcipit, aut ipsius gloria: item vt cognoscat quo pacto moderari debeat passiones, iuxta id quod dicturi sumus nono secunda: partis capite. Rursum volũtate, amãdo quicquid bonum esse nouit, & refutando quod vanum est. Huiusmodi enim voluntatis refutationes magnæ esset utilitatis, etiam si corpus veluti oculos quiesceret: nam ex talibus exercitijs producerentur excellentes habitus, maliq̃ue corrumperentur, quod ex se plurimum laudandum est,

etiam

*Animæ actiones
quam sint
vtilis
& eximia.*

etiam si fiat id solius virtutis amore, quemadmodum faciebant philosophi: magis tamen in Christiano qui fidem habet, longè autem amplius, si in quolibet opere iuncta fide intentionem actu in Deum dirigamus, quemadmodum toto secundo documento declaratum est. Vnde annotandum est quantum debeat quis se exercere in actionibus animæ, quod efficere potest, siue corpore sit occupatus siue non, quouis tempore & loco, ad eò ut etiam cum altero de temporali negotio colloquendo possis per animam operari, amando Deum, recordatus seu recogitans aliquod opus ipsius. Graue fortasse istud videbitur ei, qui huius rei habitum nondum assecutus est; assuetudo tamen illud facile efficiet, etiam si non sine difficultate ac labore quispiam assequatur huiusmodi consuetudinem. Verum propterea dici solet, quòd virtus circa difficile versatur. Toties voluntate tibi vim quandam ingeres, ut artifex industrius reddaris ad multa operandum, ea quoque

grat-

*Animæ
actiones
semper et-
iam cum
alijs con-
uersando &
exerceri
possunt.*

grandia, etiam cum facilitate. Quod si id nō tētes, nō est quod admireris, aut dicas te non posse Deo magis esse deuotum, cum vt sexto documento tradetur, in manu tua sit, præsупposito Dei auxilio, quicquid libuerit velle aut nolle, quoties placuerit. Aduerte autem quod si in terra id assequi cupias, vt magnus Dei amicus aut seruus esse valeas, tanto magis id assequeris quanto magis ac magis assidue omni hora ac loco, instrumentis animæ, vt dictum est, operatus fueris. Atque id est, quod sanctos in celo tanta gloria sublimauit, huiusque defectus adeo reprehensibiles in terra efficit. Quum igitur in hoc tanta ex parte consistat nostra sublimitas, vt animæ instrumentis operemur, nostraque deiectio in huius exercitij negligentia, opera pretium erit tradere qua ratione nos ad id utemur, qui hactenus veluti exanimis fuimus, quo ad operationem qua animæ fierent instrumentis. Vtique ab intellectu inchoemus, relicta voluntate in sequens documentum,

præ-

præmittemus regulam quandam the-
 ologicam ac philosophicam tanquã
 fundamentalem, nempe quòd natu-
 ralis noster appetitus illud natura-
 liter desiderat ad quod inclinatur,
 quodque suaue ipsi videtur, tale in-
 quam, ad quod desiderandum non ei
 opus est alio inuitante aut auxiliante,
 quin potius illud necessariò, aut
 quasi coactè desiderat. Non sic autem
 operatur voluntas, sed primum con-
 sultat illud cum ratione, cumque ostē-
 sum fuerit ei conueniens esse, liberè
 mouetur vt illud velit. Quã ob cau-
 sam dixit etiam Philosophus nihil
 esse volitum nisi præcognitum. Vn-
 de colligimus rei cognitionem quã
 in intellectu habemus, esse vice lu-
 minis, vt videat voluntas quo pacto
 moueri debeat ad volèdum. Hoc ita-
 que præsupposito, sũmoperè aduer-
 tendum est, quod ad hoc vt benè, imò
 & perfectè operemur, necessum est
 prouidere ne in cognitione erret in-
 tellectus, quo habito statim mouea-
 tur volũtas ad volèdum id quod tali-
 ter cognitum est. Si autem erret in-
 telle-

*Naturalis
 appetitus
 noster
 quid potissimum
 desiderat.*

*Voluntas
 nostra
 quomodo
 operetur.*

*Intellectu
in omnib⁹
actionibus
virtutes
quomodo
viri possi-
mus.*

tellectus, quod frequenter contingit
ex malitia, quæ nos excoecat, aut nõ
errat fortassis intellectus, sed volun-
tas ea qua est libertate, non vult se-
qui quod nouit esse bonum, & hinc
incidit homo in omne malũ. Omis-
sis autem multis quæ hac in re dici
possent, ac deberent quod potissimũ
seruit, præsentì operest, vt semper
in hoc maximè simus attenti, dum
intellectu vti cupimus, vt cum opus
aliquod virtutis, aut quod nos ad
virtutem disponit velle optamus,
puta despici ab hominibus, fugere o-
mnes delectationes, quas viri quique
egregij abhorruerunt, in his cæteris-
que omnibus quæ nobis graues ad o-
perandum, aut etiam ad volendum
apparēt, statim intellectus operatio
accedat, qua illas consideret, & ap-
prehendat tanquam preciosissimas,
Deo que gratissimas, quæ & nobis vi-
tam promereantur perpetuam, quæ
admodum secundo capite secundæ
partis declarabitur, vt vbi tales esse
cognouerit, ipsa voluntas animum
assumat, quo ad illas volendum &

am-

& amplectendum moueatur, in opus illas deducendo. Quanquam enim voluntas ipsa operetur libertate, frequenter tamen rei quæ offertur difficultate aut asperitate deterrita, omittit operari; & ita delinquit, omittens id ad quod tenetur: si verò annitatur ipsi per intellectum, modo quo prædictum, est, viam sternere, tantum suscipiet animum vt cognita operis, etiam poenalis, excellentia, velit illud: tantaque propemodum facilitate operetur, quàm id quod naturaliter exoptat. Qui ea ratione operaretur, facile fieret magnæ virtutis, ac reparatam haberet magnam partem stragis, quæ per peccatum in anima facta est, magnaque facilitate operaretur, quod in cælo & in terra facit esse beatos, nempe quod magnalia Dei magna ex parte cognosceret, eaque amando de ijs gauderet, quemadmodum ex parte dictum est, & amplius in sequentibus dicetur.

VI. DOCUMENTVM.

*De potestate in nobis posita operandi
supremo animæ instrumento, nempe
C voluntate*

voluntate, qua possumus velle & amare, aut nolle nec amare quamcunque rem, idq; quoties libuerit, eademq; voluntate operi nostro finem praescribere qui placuerit. In omnibus tamen his praesupponimus diuinum adiutorium quod huiusmodi Dei seruis semper est paratum.

Sextum hoc documentum plurimum notandum est, pleneq; cognoscendum & intelligendum, tanquam praecipuum fundamentum omnium quae dicenda sunt, ac totius vitae spiritualis, continetque canonem admodum memorandum fundatum in libertate liberi arbitrij, declarantem quid voluntate possumus operari, & ita a profundo somno animam excitantem. Praesupponit tamen in omnibus diuinum auxilium, quod non deest fidelibus, sine quo ne cogitare quidem possumus, ut habet D. Paulus, quicquam salutis nostrae expediens, quantum minus velle aut operari. Hoc itaque praesupposito, est in cuiusque potestate appetere, aut appetitum relinquere cuiusvis rei,

2. Cor. 3.

In voluntate nostra possumus, aut

rei, quæ iudicata fuerit appetēda aut non appetenda, idque hoc aut illo fine, & toties quoties libuerit. Huius in vna quapiam re ponatur exemplū, vt & in reliquis idem fiat manifestū.

quid appetere vel non appetere.

Vt homo quispiam parui reputetur, res est quæ appeti potest à quocunq; homine, etiam si quibusdam difficile sit se inclinare ad id appetendum. Potest quoque varijs finibus id appeti, & ex his eligi quem quisque prætulerit. Potest enim quispiam id appetere, vt animi modestiam eo pacto assequatur, qui bonus finis est. Rursum, vt in aliquo similis efficiatur vnigenito Dei filio, qui pro nobis despectus fuit, & hic melior finis est. Ad hæc potest quis id appetere, quò per hanc abiectiōem ad hoc disponatur, vt Deus in ipso gratum inueniat obsequium, per charitatem & amorem perfectum, & hic adhuc sublimior finis est. Nunc contrà ponamus exemplum derelinquendo rei appetitū. Potest quisque omittere appetitum, hoc est, non appetere æstimari, aut singulariter amari, seu

Declaratur id exemplo.

nolle aestimari, idque eisdem finibus quos iam diximus, etiam si ex naturae corruptione inclinatur ad hoc, ut cupiat summè aestimari, aut reputari. Similiter hoc aduerte, quòd quemadmodum est in cuiusq; potestate quipiam appetere, vel quòd appetebat relinquere, ita est in eius potestate toties id actu efficere, quoties libuerit in die, aut breuiori temporis spatio: & quantò sapius voluntatem inclinauerit ad appetendum, aut relinquendum quòd appetebat, ut dictum est, tantò citius vitiosos habitus corrumpet, ac generabit virtuosos. Et præterea in singulis volùtatis ad hæc inclinationibus est singulare meritum, modò talis inclinatio fiat ad placendum Deo, prout secundo documento dictum est. Ad maiorem autem doctorum elucidationem, notabimus, quòd producere actum appetendi id quòd naturaliter horremus, fit, quando considerantes, quòd Deo seruitur, ex eo quòd illud appetamus, inclinamus voluntatem, vim quodam modo illi facientes, ut illud appetat, quemadmo-

Quo frequentius voluntas se ad appetenda aut relinquenda que appetebat inclinatur, eò citius habitus vitiosi predicantur, & virtuososi generantur.

admodum æger potionem amaram appetit, eò quòd sanitatem adfert, quam tamen naturaliter abhorret. Actus autem non appetendi id quod naturaliter exoptamus est, dum considerantes illud Deo nò esse gratum, neque nobis vtile, inclinamus, quodam modo cogendo voluntatem, vt illud non appetat. Erit autem verè nò appetere, etiam si remaneat quædam sensualitatis repugnantia, quemadmodum in ægro contingit, qui non vult edere cibum cuius tamen habet appetitum, eò quòd ipsi nociuus sit, estque admodum vtile nolle illum edere, etiam si non tollatur inordinatus eius appetitus. Et ita dictum est quod virtutum actus producere possumus quoties libuerit. Est autem notandum, quòd præter continuum studium quod in nobis esse debet voluntatem exercendi, ad appetendum bona quæ desideranda sunt à nobis, & ad omittendum appetitum malorù, quo, malis habitibus eradicatis, plantemus bonos, conducit etiam plurimum vt frequentissimè vtamur præ-

*Actus appetendi
vel nò appetendi
quomodo
producantur.*

*Primis
motibus
resistēdū.*

fenti documento, quo primos illos motus cohibeamus, qui etiam viros virtuti plurimum deditos impugnat: aut eos in quibus longius destinemur, seu etiam interdum consentimus, cum motus, opus, aut cogitatus versentur in materia peccati venialis; quemadmodum delectari ut in aliqua sint aestimatione facta aut dicta nostra, aut aliorum quibus mundi siue carnis ratione afficimur, aut contristari seu dolere de contrario, nempe de iniurijs, aut aliorum a nobis auersionibus. In quibus omnibus, etsi nos detineri aut consentire non sit mortale, tantum tamen adfert damnum, quantum nouit qui Deum ex animo quaerit. Inde enim anima obtunditur, & aggrauatur ad omnia qua agenda sunt. Qui ergo cupit suorum actuum semper esse dominus, ac potens, ut facile bene operetur, debet primo motui per voluntatem statim resistere, appetendo iniurias, labores, molestias, ac contemptum, siue quamcunq; contradictionem, quae sese obtulerit, aduersando tali appetitu doloris, qui pri-

primo motu sese offeret ob huiusmo-
 di iniurias aliaque similia quæ iam
 diximus. Et contrà conuersi ad hono-
 res, hominum fauores, aliaque sua-
 uia ac delectabilia, quibus sese statim
 adiunget motus complacentiæ, para-
 ti esse debemus vt voluntate actum
 producamus non appetendi similia,
 quæ naturaliter concupiscimus. Si-
 quidem ita agendo primùm vanita-
 tem ac peccatum euitabimus, idque
 sæpius agendo obtinebimus excel-
 lentes habitus, expulsis malis. Et
 in hoc consistit clauis totius no-
 stræ reparationis. Notandum est
 præterea, quod frequenter ob ma-
 los habitus & consuetudines dif-
 ficile reddetur appetere bonum,
 aut non appetere malum, vel hunc
 assumere finem illo relicto: sed ni-
 hilominus prout iam dictum est, id
 tandem situm est in nostra potestate,
 etiam si initio tam debiles actus pro-
 ducantur, vt videantur necesse ap-
 petere: nec non appetere: non tamen
 ob id omittere debet quis huiusmo-
 di actus producere, paulatim enim

In quo cō-
sistat clauis
nostræ
reparatio-
nis.

*Non sunt
relinquē-
di huius-
cemodi a-
ctus vo-
luntatis eò
quod par-
uum nobis
profectum
facere vi-
deamur.*

maiorem vim accipiunt: & etiam cū
 ad eò debiles iudicantur, non paruum
 adferunt animæ meritum. Scio quic-
 quid istud est, initio nihil propemodum
 apparebit: verum prima gram-
 matices principia aggredienti, si vni-
 cum nomen discat per casus inflecte-
 re, videbitur propemodum nihil ef-
 fectum esse, attamē si alterum ac ter-
 tium, & ita paulatim addiscat in fine
 anni loquetur, ac intelliget fermè o-
 mnia, longèque magis post secundū
 annum, & ita paulatim perfectus ef-
 ficitur grammaticus. Sed aduertē-
 dum, quòd talis quolibet die dat grā-
 maticæ operam idque multis horis,
 magno conatu & studio memoriæ
 suæ & intellectus, & est totus huius-
 modi conatus ad illud necessarius,
 quantò magis id necessarium est in
 summa hac arte, qua discimus Chri-
 sto seruire, ad quod non vnicum ha-
 bitum, sed multos assequi oportet,
 nempe habitum charitatis Dei ac
 proximi, potissimū autem inimici,
 habitum humilitatis, paciētiae & ab-
 stinentiæ, quorum quisque plus exigit

teme-

VI. DOCUMENTVM. 57

temporis, quàm vt quis grammaticus efficiatur, ex eo quòd in anima nostra radicati sint alij habitus his multum contrarij, quod non contingit in eo qui grammaticæ, aut alij cuius scientiæ dat operam. Aduerte tamen quòd quòd vehementiores ac frequentiores fuerint actus quos producit voluntas, eò citius acquiritur habitus, quemadmodum contingere solet inter duos æqualis ingenij, quòd alter vnus anni spacio amplius proficit, quam alter duobus, eò quòd ille totis viribus studio incubuerit, alter parum laborauerit. Actum autem vehementem seu intèsum appellamus, vt verbi causa, si accedat iniuria, contemptus aut vilipensio non præcogitata, imò nec imaginatione præconcepta, quid acturi essemus si tale quid contingeret, si tunc voluntatem fortiter inclinaremus, vt in tātum illud appeteret, quòd etiam gauderemus, quò tali gaudio domaretur nostra anima aduersus id quod primo amabat contra Dei voluntatem. Atque è

Quo ue-
hementio-
res sunt
actus vo-
luntates,
eò citius
acquiritur
habitus.

Actus ve-
hementes
qui sint.

C s homi-

hominum favore voluntatē fortiter inclinaremus ad horum auersionem, eo quòd huiusmodi honor ac fauor, obstacula sint deiectioni, quæ via est ad humilitatē, quā Deus tantoperè amat. Huiuscemodi actus tātæ sūt efficacix, quòd pauci tales producerēt excellentem habitum humilitatis & patientiæ, quanquam regulari cursu ex multis actibus producat habitus. Et quòd de his virtutibus dictum est, pari modo & de cæteris venit intelligendum. Est autem in his notandū, quòd super omnia exigit nostra fragilitas, vt magna vi laboretur in vitijs eradicandis. Porrò vitiorum radicem dicimus, non magnam duntaxat, sed & quantumuis paruum inclinationem, quam in nobis moueri sēferimus, aduersus id quod nobis in euangelio præceptum aut consultum est. Conemur itaque ad hoc, vt viri & filij Dei excelsi. Quantumuis enim in altum plantatæ sint huiusmodi radices, frequentibus actibus illas tandē extirpabimus è terra carnis nostræ, quemadmodum indies contingere solet.

*Vitiorum
radix que
fit.*

solet extirpando è terra radices plantarum corporalium . Huiusmodi enim radices non extirpantur vno vel altero seu tertio tractu, sed pluries frequentatis tractibus hinc inde. Longè autem plures necessarij sunt ad extirpandum vnum habitum vitiosum: habet enim longè altius fixas in corpore & animo radices . Documentum hoc videri potest tantum verba arida complecti, sed aduertat quisque, quòd talia videri soleant artium aut scientiarum principia . Est tamen tantæ utilitatis hoc documentũ, vt ipsum solum sufficiat ad tradendã nobis rationem ac modum operandi, etiã si alius modus vel omnis alia ratio ignoretur . Est autè adeo necessariũ vt sciatur, ac plenè intelligatur quã necessariũ est, vt cognoscatur & habeatur fundamentum, ad quoduis forte ac stabile ædificium. Vanũ autè esset sperare virtutum sublimitatem via ordinaria attingere absque modo hic tradito . Et ob huius defectũ plerique multum laborarunt, & parum assecuti sunt, quemadmodum &

60 PRIMAE PARTIS
in plurimis mundi rebus indies acci-
dit, dū ordo debitus non obseruatur.

VII. DOCUMENTVM.

*Quo per modum exercitij declaratur
ratio plantandi bonos habitus, & e-
radicandi malos praedictis instrumē-
tis, & quòd ad humilitatem neces-
sarium nobis sit, ignorare an huius-
modi bonos habitus, ac Dei gratiam
iam sumus assecuti.*

Seprimò aduertendum est ei qui
tam excelso domino ordinatè
seruire cupit, praesupposito
quòd animæ nostræ strages in malis
habitibus consistat, reparatio verò in
bonis, qui ex multis actibus regulari-
ter producuntur: aut ex paucis quidē,
sed vehementibus & intensis, vt præ-
cedenti documento declaratum est,
quòd cum habitus siti sint in anima,
etiam actus quibus producuntur,
principaliter fiunt animæ instrumē-
tis, quanquam interdum sumant au-
xiliū ab eo quod corporale est. Verbi
gratia, cupit quis domum habere sibi

gra-

VII. DOCUMENTVM. 68

gratam, habet pecunias, imò & materialia ad hoc præparata, quantumcunque de ipsa cogitet, aut eam cupiat, nunquam illam habebit donec ad hoc operetur, & vnum materiale alteri coniungat, prout ad talem domum requiritur. Pari modo si quis sit impatiens, cuperet id in se correctum esse, & habitum patientiæ assequi, quantumuis iniurijs appetatur verbo, & opere, quantumuis desideret patientiæ habitum, imò etiam quantumuis os à verbis cohibeat, & manus ab opere vindictæ, nunquam habitum patientiæ producet, nisi ipsi sibi subueniat, potissimum per interiora animæ, intellectum frequenter mouendo ad considerandū magnum patientiæ bonum, voluntatem autem tanquam instrumentū ad eum producendam necessarium, inclinando eam, vt appetat iniurias & persecutiones pati, amore Domini qui ad hoc nos adhortatur, talia *Quomoda* que pro nobis perpeffus est. Est itaq; *habitus* talis habitus tali modo producen- *producen-* dus (ad quod faciunt quæ sexto do- *di sunt.*

cumento tradita sunt.) Offeras cogitationi intellectus quid acturus sis, si hæc aut illa iniuria (nempe quam plurimum abhorres) tibi inferretur. Subitò ex malo in te habitu occurreret animo quidam huius iniuriæ horror. Statim igitur assume tibi in memoriam magnū bonum quod sequitur ex tolerantia talium iniuriarum, & voluntatem constringas ad eas expetendas, nec desinas te ipsū ad hoc astringere, etiam si videatur totum esse coactum: semper enim aliquid voluntarij inest, & toties huiusmodi actus produces, ut crescat id quod parum voluntarium esse videbatur, & iniuriam voluntariè sufferas, sitque in te plantatus habitus. Exemplum iam positū prodesse potest ad reliquarum virtutum habitus plantandos, quod enim de paciētia dictum est, mutato nomine potest & de humilitate, paupertate, temperantia & abstinentia dici, nempe quòd considerando magnum bonum quod inest harum virtutum exercitijs, & cōpellendo voluntatē,

vt

VII. DOCUMENTVM. 63

vt dictum est, ad expetendum huiusmodi pauperiem, ac ciborum defectum, producetur in te habitus paupertatis, abstinentiæ, & ita de cæteris. Quod si consideras Dei esse voluntatem, vt te auertas à foedis carnis delitijs, tuamq; voluntatem compellas ad nunquam illas appetendū, imò vt nec cogitatione in illis immoreris, quantumuis paruo tempore, poteris paucis diebus assequi excellentem habitum castitatis. Et hac ratione potest quis sãcto habitu effici dotatus. Notandum autem quod si, vt dictum est, sola iniuriæ præcogitatione fabricari potest patientiæ habitus, longè citius ac melius parabitur, si opere ipso inferatur talis iniuria, aut aliud quippiã, quo ante homines cū quibus versamur, confusi aut abiecti videmur, modò voluntatem compellamus ad illud exoptandum. Huius autem ratio est, nã actus voluntatis præsentem iniuriã acceptatis vehemētiore sunt, & ita magis domant animam, quàm qui tantum sunt voluntatis cupientis aut accipi-

cipi-

64 PRIMAE PARTIS

*Pauci a-
ctus ve-
hementes
citius pro-
ducunt ha-
bitum quā
multi re-
missi.*

cipientis iniuriam sola cogitatione oblatam, nempe cogitando quod illa continget aut cōtingere potest. Pauci autem vehementes actus fortius & efficacius operantur ad producendum habitum, quā multi remissi, quemadmodum præcedenti documento declaratum est, quod etiam plurimum annotandum est ei, qui inter primos Dei seruos esse cupit. Non enim dicere aut cogitare debet se facere quod in se est, ad Dei gratiam aliaque eius beneficia assequendum, qui non exoptat, idemque exultat, dum ea sibi offeruntur, quibus magis ad ea beneficia disponitur, veluti dum offeruntur iniuriæ & contemptus, cum hæc adeo necessaria sint ad vitiorum immunitionem & virtutum incrementum, ad obtinendam perfectam charitatem in qua consistit omne bonum ac perfectum Dei obsequium. Ad hoc ergo plurimum expediret voluntatem admodum firmam seruare in boni desiderio ac mali odio. In quem vsu non parum conducent sublimes cō-
fide-

VII. DOCUMENTVM. 65

siderationes ac rationes, quibus ple-
 ni sunt libri ad deuotionem adhor-
 rantes, nempe cur bonum sit amari-
 dum, malum verò odio persequen-
 dum: hîc enim pauca huiusmodi re-
 feruntur, cum non alium habeamus
 scopum, quàm tradere modum ac rati-
 onem quibus in vsum & exercitium
 deducantur virtutes, quæ cum suis
 encomijs alibi describuntur: quo i-
 tem pacto eradicanda sint vitia, quæ
 apud alios multis detestationibus
 reprobantur, reliquis gratia breui-
 tatis, & quòd alibi descripta sint, o-
 missis. Visum est etiam cum prædi-
 ctis annotandum, quòd semper timo-
 ris freno retineamur, quòd quantu-
 uis eximios virtutum habitus quis
 assequatur, non ob id certum habet
 se assecutum verum bonum, hoc est,
 Dei gratiam, quæ, etsi certò detur dū
 habemus quæ hic diximus ac dicturi
 sumus, nunquam tamen naturaliter
 scire possumus quando hæc habe-
 mus, modo quo Dei voluntas est, vt
 habeamus, & ita certi esse nequimus
 nos Dei gratiam obtinere. Apparet
 autem

*Etiam si
 quis exi-
 mias vir-
 tutum ha-
 bitus asse-
 cutus sit,
 non tamē
 ob id Deū
 gratiam
 se conse-
 cutum esse
 potest.*

autem præcipuum esse signum quòd illam obtineamus, cum ita mente pertractamus virtutes, quarum habitus iam assecuti sumus, quæadmodum de aliorum hominum virtutibus cogitamus, nempe quòd inde non amplius extollitur cor nostrum, sed Deum benedicit, illique gratias agit, cuius est omne bonum, & de his æquè atque illis gaudet ob Dei laudem & gloriã, quæ æqualiter in his atque in illis manifestatur. Demum ne nostræ desidię culpam reiiciamus in ea quæ hic scripta sunt, animadvertendum est, quòd si quis anniti videatur, ut obtineat aliqua eorum quæ hic dicuntur fieri debere, nec possit illud assequi, videat illud sibi contingere, quod non annitatur ad aliud obtinendum, quod etiam hic scribitur procurari debere. Verbi gratia, si quis multum annitatur, ut iniurias quæ sibi inferuntur non sentiat, non tamen gnauiter annitatur, ut sui ipsius odium seu detestationem assequatur, de quo hic suo loco scriptum est, parum proficiet. Neque enim

nim

nim fert Deus annifum seu laborem
ad vnam virtutem cum defidia ad a-
liam.

SECUNDA HVIVS LIBRI

*Pars de quibusdam exercitijs, quæ
Dei seruus habere debet ad repa-
randam animæ suæ stragem.*

HÆC secunda pars tantū pro-
tendi posset, quanta est no-
stra perditio, & ita esset pro-
pmodum sine termino, sed præstat
nos verbis esse breues, quo latior de-
tur operationi locus. Verus Dei ser-
uus qui præcedentibus documentis,
vtrunque deuenit in stragis animæ
suæ cognitionem, quantumque sei-
plum ad illius remedium iuuare
possit, instrumentis quæ à Deo ac-
cepit, inuocato ad hoc primū Dei
auxilio, quæ etiam ratione hac po-
testate & instrumentis vti, cum alijs
varijs quæ ad hoc plurimum neces-
saria sunt, reliquum est. vt se in il-
lis exerceat, quæ necessaria sunt
ad reparationem, quæ eget ad
hoc

*Quae Dei
seruo fa-
cienda sint
vt animae
stragem
reparet.*

hoc vt rectè disponatur. In primis ergo statim occupari debet, vt malū omne extirpet quod in anima sua est, nempe peccata: vt, cum aliquod Deo præstare cupit obsequium, nihil in eo sit, quod tantæ maiestatis oculos offendat. Hoc autem peracto, animam suam adornare debet habitib⁹ ac virtutibus, quibus in suo obsequio gratior apud illum videatur. De his ergo in hac secunda parte agetur, & primis duobus capitibus duo tractabuntur ad peccatorū extirpationem, deinde septem posterioribus capitibus alia tradentur, quibus tanquam muliebri mundo debet anima adornari. Ante singula autem capita præmittentur breuissima illorum summaria.

CAPVT I.

*De vero dolore peccati, qui in primis
requiritur ad reparandam animae
stragem, & de damno multiplici
quod prouenit ex peccato.*

Qui

Qui tātum dominum tam gra-
 uibus, veluti proditionibus
 ostendit, & nunc illi seruire
 cupit, æquum est vt initio sibi igno-
 sci procuret, atque ad id eo modo tē-
 dat, qui facilius ipsum in domini
 sui gratiam & amicitiam restituat.
 Ne autem incedamus tanquam des-
 perantes, aut opinantes nos non pos-
 se inuenire remedium, quod exige-
 ret tāta nostra malitia, prouidit no-
 bis diuina illa maiestas, semper desi-
 derans, quod nobis vtile est, de facili
 remedio, nempe vt nobis doleat de
 proditionibus & offensis, quas pec-
 cando commisimus, & quā cito hūc
 dolorem intimo corde habuerimus,
 statim mala nostra ante illius ocu-
 los obliuioni tradentur. Tanta est
 peccati malitia, vt ad eius deletionē
 ex se non sufficiāt dolor aut lachry-
 mę etiam omniū qui in mundo sunt,
 quanto minus dolor ac lachrymę v-
 nius tantum hominis. Verūm tanta
 est Domini nostri clementia, vt con-
 tentus sit dummodo vnumquemque
 ex sincero, corde pœniteat suorum
 deli-

*Quid eſt
 qui Deo
 ſeruire cu-
 piat primò
 agendum.*

delictorum: quicquid autem reli-
quum est ad completum remedium,
supplet ipse ex parte sua, nempe tri-
buendo gratiam suam, quam certo
tribuit his qui se ipsi exhibent mo-
rigeros. Sanè iustum est, vt de pec-
cato doleamus, nemo enim est
quem naturaliter non poeniteat se
aliquid perpetrasse, vnde ipsi ma-
lum contingere potest, aut bonum
aliquod deperdi. Peccatum efficit
vt bonum infinitum, quod est Deus,
nobis perdatur: efficit vt pereat
nobis gratia, in qua consistunt cun-
ctæ nostræ diuitiæ, efficit nos dia-
boli seruos, Deiq̃ue inimicos, effi-
cit vt qui in illo moritur, perpetuò
priuatus sit, hæreditate regni cœlo-
rum, sepultus in speluncis inferna-
libus. Et iustè sanè tantum mali de-
betur ei qui offendit, & peccando
proditionem committit contra su-
premum Deum, qui mori voluit vt
vitam nobis tribueret. Tanto nos
afficit malo peccatum, quantum
cognoscere poterit, etiam nihil le-
gens, qui illud multis diebus ex ani-

*Peccati
damna.*

mq

mo defleuerit : & quantum non percipiet, etiam si legat, qui illud non defleuit. Ob id ergo, & quia varij libri passim hoc argumentum latè continent, breuibus hic pertranseo. Debet noster dolor multo longior esse quam verba quæuis possint exprimere, cum adeò bonus sit dominus noster quem offendimus, adeoque dignus vt illi seruiatur, & nunquam offendatur, cuius offensa & ira super omnia nos pungere debent, cuius voluntas & bonitas super omnia nos mouere debet, ad delenda fletibus nostra mala, vt illis deletis, maiestas illa gratum à nobis suscipiat obsequium. Et ad hunc finem qui nos ad fletum mouere debet, potest nos iuuare secundum documētum.

Modus autem hunc dolorem acquirendi, vt ante procedatur, si cor durum inueniatur, est, vt repræsentando animæ nostræ malum quod ex peccato prouenit, de quo iam abundè dictum est, compellamus nostram voluntatem, vt velit illud non esse commissum, velit Deum illo non fuisse

*Quomodo
dolor de
peccatis
acquiren-
dus sit.*

fuisse offensum. Et hunc voluntatis actum curemus frequenter producere, nunc in genere de omni peccato, nunc ab vna peccati specie in aliam discurrendo, idque maximo quo possumus ad poenam conatu, etiam si interdum videmur sensibilem non habere dolorem: talis enim non est in manu nostra, imò nec necessarius est, etiam si sanctus sit, què Deus, in cuius manu est illum tribuere, dabit nobis: si frequenter, vt dixi, assumimus illum quem nancisci possumus. Et in hoc dolore debet, vt minimù, vno aut altero mense versari, qui rite incipit Deo seruire.

*Quamdiu
in hoc cō-
gritioris
exercitio
versandū
sit.*

CAPVT II.

De eo quod requiritur ad stragem & malas animæ consuetudines abigendas, nempe de nostri ipsorum odio: & primùm quo modo se quisque odire debet, addito exemplo: secundo quare se odire debeat: & tertio quo modo hoc odium simul stare possit charitate.

Secun-

SECŪDUM quod requiritur ad expulſionem corruptionis, malorumque habituum qui ſunt in anima noſtra, & quod præ omnibus exercitijs plurimum habet momēti, quo perueniatur ad verum amorem, per quem Deo optimè ſeruitur, eſt i-
 pſum noſtri odium. Nam ex noſtri amore proueniunt innumera mala, à quibus gignūtur peruerſi habitus: & ita ceſſante noſtri amore ad ingreſſum ſancti odij, ad quod frequēter ſanctum euangelium nos adhortatur, corruptum erit omne peccatū, omniſque malus habitus. Quia autem huiusmodi odium ſtatim nos terrere videtur, ob innatum cuique ad ſeipſum amorē ſupra omne quod in mundo eſt, ad quod etiam quiſq; obligatur, primū videamus modū quo ſe debet quiſque odio habere: ſecundò quam ob rem ſe debet odio habere: & tertio quomodo ſe cōpatiatur tale odium cum vera charitate, quæ inchoatur à ſui ipſius amore. Vt ergo breuibus quod ſatis eſt reſpondeamus, ad primum dico, cano-

D ne

*Quomodo
se quilibet
odisse de-
beat.*

ne seu regula quadam sexti documē-
ti præsupposita, modus quo se quis-
que odio habere, esse debet, ut nihil
quod ipsum delectare potest velit,
desideret aut sibi assumat, præter id
quod sine Dei offensa omittere non
potest, quin concupiscat aut sibi as-
sumat: quod, etiam cum ea ratione
fieri necesse est, quantum ex se est, de
hoc doleat, hoc est, quòd consideras
quàm indignus sit omni delectatio-
ne ob peccata sua, doleat quòd illam
cogatur admittere: quia tamen, &
quatenus Deo placitum est, illam li-
benter & gaudens admittit, verbi
gratia comestionem, dormitionem
aut aliud simile, quod secum aliquã
adfert delectationem, nunquam as-
sumas, velis aut desideres propter
tuã consolationē, aut quo satisfacias
tuo appetitui, imò firma volūate a-
pud te statuas, quòd illud nequaquã
admitteres nisi talis esset Dei volū-
tas, quæ hoc fieri vellet. Utque asse-
quaris aut teneas firmã hanc volun-
tatē, necessarij sunt actus, de quibus
sexto documento dictum est. In hoc
autem

antē cognosces talem te habere voluntatem, quando de his rebus solū tantum, & eo modo assumis, quantum putas Deum velle vt sumas aut desideres. Vult Deus vt quod necessariū est de cibo in quantitate & qualitate assumas. In quantitate, nempe quantum verè, & non fictè, tibi necessariū est, quò dispositus & fortis sis ad Dei obsequium. In qualitate, vt totis viribus cures suauem omnem saporem reijcere, nisi etiam interdum necessarius sit ad remedium tuæ debilitatis. In his ac similibus, semper expediret aliquid minus accipere, etiam dū nobis necessarium esse videtur. Frequenter enim nimius nostri amor nobis imponit, rarius autem nostri odium. Ad hoc prodest, vt habet D. Bonaventura, propria experientia cum voluntate deuota. Est præterea necessarium, cum eo quod prædictum est de modo quo quisque se debet odio habere, vt omnes labores, abiectiōnes & contemptus, qui fieri, expeti aut desiderari possunt, assumat, velit ac

Que in rebus necessarijs assumendis misuranda sit.

S. Bonau.

D a desi-

Discretio
valde ne-
cessaria.

1. Ioan. 4.

desideret sibi inferri, modò non fiat
contra Dei volùtatem, aut modò nò
sint ipsi occasio damni spiritualis a-
licuius vel temporalis. Ad hoc autè
est admodum necessaria discretio &
cautela, ac consilium probatarù dis-
cretione & vita personarum, conti-
nuus etiã metus ne boni colore fal-
lamur, quoniam scriptum est: *Nolite
omni spiritui credere.* Super omnia
autem plurimum lucis in his adfert
lumen spiritus sancti, quod indubiè
eis datur qui cum humilitate ad il-
lud præparati sunt. Est etiam præ-
ter omnia prædicta necessarium, si
modo laude digno volumus nos ip-
sos odio habere, nempe vt non mo-
dò relinquamus omnia delectabilia,
& desideremus omnem molestiam,
vt nunc diximus, sed in hoc quoque
valde intenti simus, vt in his gaude-
amus, existimãtes magnum esse Dei
beneficium, quando huiusmodi mo-
lestiæ seu aduersitates, & priuatio-
nes rerum delectabilium, imo & ne-
cessariarù ab aliquo alio nobis con-
tingant, quod nobis grauius esse so-
let,

let quàm dum ipsi illa assumimus: maximè dum nostro iudicio is qui talia nobis infert, indiscreta aut malitiosa intentione id facit. Et quanquam absque manifestis indicijs id iudicare non debeamus, & ne tunc quidem firma determinatione, quàmquam etiam debeamus plurimùm dolere ob culpam persequentis, ex intimis visceribus illum amando, tanquam personam à qua singulare beneficium accipimus, vbi tamen id apertè conspexerimus, maximè attenti esse debemus, ne nobis pereat donum aut margaritum adeo preciosum, sed considerantes rationes ob quas se debet quisque odio habere, quas statim dicturi sumus, succedat statim voluntas frequētissimos producens actus cupiendi & acceptandi huiusmodi vilipensionem ac persecutionem quæ nobis fit: quæ peragētes ditabimur sancto odio quod exquirimus. Omnia hæc prædicta verbo & exemplo nos docuit Christus præceptor noster supremus, cuius anima sanctissima quanquam nullum

*Christus
verbo &
exemplo
ad nostri
ipsorum
odium nos
excitavit.*

habuerit vnquam vulnus peccati, & ita non oportuerit vt preciosum ei corpus asperitate odij tractaretur, voluit tamen ad nostrum exemplū, quibus fauebat, vilipendere quicquid erat delectabile, & consentire vt persecutionē pateretur, ac pra omnibus malè tractaretur, vt in sacro Euāgelio manifestū est. Id autē fecit vt nos aduerteremus quantum nobis faciendum esset, vt odium illud assequeremur, quod nobis ad eō necessarium est. Quum ergo maiestas illa tantum pati voluerit, vt suo exemplo nos ad illud induceret, iuxta illud quod D. Petrus in priore sua epistola habet: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius*; amore Dei oculos aperiamus, ac videamus an aequū sit, cum Deus ac Dominus noster ob peccata nostra, & ad nostrā doctrinam ad eō malè tractatus fuerit, tantas perpeffus iniurias ac persecutiones, vt nos omni abiecto pudore ipsū deseramus, nec solū actu nō feramus in eius obsequium vllam poenā

aug

Cap. 2.

aut iniuriam, sed nec voluntatē ferēdi habeamus, neq; hoc meditemur aut desideremus: immò nec velim ut de ea re quispiam nobis loquatur. Præfectò quemadmodum ridiculū esset, si quis theologiæ studiosus dicercuperet, aut haberi theologus, qui nec eo studio occuparetur, nec vel scire cuperet, aliquod eius nactus principium: ita ridiculum est, ut se quis Dei seruū existimet, aut in religiosa sit congregatione, quæ schola est ad virtutum studiū deputata, qui sanctum hoc odium habere & obtinere non procurat, maximè cū præsentem semper habeat tam eximium magistrum, qui nos illam doceat. Istud ergo considerent, si qui forsitan in scholis religionis sint negligentiores: sciantque sibi verè non competere religiosi nomen, nisi studeāt, in doctrina tam sublimis doctoris, verbo & exemplo nobis tradita. Quòd si certè aliud ad hoc studium nos nō propelleret, quā ut tā sublimē præceptorem Dei omnipotentis filium ac dominum nostrum imita-

D 4 remur,

remur, eiq; similes efficeremur, vel id solum sufficere deberet, vt, absq; vlla alia ratione, magno amore ambularemus itinere, quo tã sublimis dominus graditur, cum certi simus illũ nec in via errare posse, nec terminum summæ gloriæ ipsi deesse. De ratione quidem huius rei assequendæ agemus post pauca. Vt autẽ id plenius assequi valeamus, nunc vnum notemus, quod prima facie lectum, parui momenti videbitur: attentius verò consideratum, magni pretij iudicabitur: nempe quòd maximum exercitium, quòd, vt ad sanctum hoc odium pertingere valeamus, nobis maximè expedit, est, vt continuè & incessanter persequamur innumera minuta quædam nostra desideria: quæ, si aduertamus, singulis momentis videbimus occurrere. Modus autem ita persequendi esse debet in morem eorum, qui potenter aduersarium ex insidijs adoriri conantur. Nam & nos magna circumspectione prouidere debemus, num fortassis aliquid desideremus quod
Dei

Persequenda sunt nobis minuta nostra desideria, & quomodo.

Dei non sit, nec ducat ad Deum, statimque ut senserimus aliquid contingere quod nos extra Deum delectat, inclinanda nobis est subito voluntas, ut illi contradicat nec acceptet. Vbi autem viderimus aliquid contingere nobis aduersum aut displicens, statim voluntatem inclinamus ut hoc cupiat. Quod si quis frequenter hoc exercuerit, longè citius sanctum, quod diximus odium obtinebit, simulque tantum sui dominium, quatum verbis exprimi nequit, donec dominus dederit ut illud ipsum assequamur. Rursum exhortor quò hoc maxima diligentia & legatur, & in opus deducatur. Certo enim certius est hic clauem quandam contineri, aliaque multa quæ plurimum faciant ad perfectionem summam. Ob quam autem causam se debeat quisque odio habere, et si sufficere deberet quod dixit redemptor noster, *Qui non odit etiam animam suam, non potest meus esse discipulus: & Qui vult venire post me abneget semetipsum:* ad maiorem tamen elucidatio-

Quoniam ob causam se quisque adesse debeat.

Luc. 14. Matth. 11.

D 5 uem,

*Prima
causa.*

nem, utq; magis satis fiat parum intelligentibus, notandum nobis, quod multis de causis summè nobis proficuum est, & à nobis requirit De' odiù nostri ipsorum. Primū, quod & profecūdo ac postremo deberet sufficere est, eò quod quicquid mali in nobis est, omnisq; boni ac virtutis defect' ex ea parte nobis prouenit, qua nos ipsos non odimus. Quod hinc apertum est. Omne enim malum hoc aut boni defectus inde prouenit, quod rem aliquam amamus aut desideramus contra, siue præter Dei præcepta aut consilia. Sit autem secunda ratio cur nos odio habere debeam'. Nam cum peccando fuerimus cōtra Deum proditores, æquum est ut omnem nobis possibilem exhibeamus satisfactionem. Porro cum magna debeat fieri satisfactio, iuxta peccati nostri malitiam, nos autem parū prestare possimus, saltem ob id nos ipsos odio habere debemus, ut modo dictum est, & cupere ut omnes nos odio habeant, quantum tamen sine peccato vel Dei offensa possit,

*Secunda
causa.*

vel

vel sic Deo satisfaciamus, quando-
 quidem alio modo nō sufficiunt vi-
 res nostræ. Quod si me interrogas, *Peccator
 omnis est
 proditor.*
 quæ proditionem peccator commi-
 serit, respondeo maximam esse om-
 nium proditionū: est enim mortem
 inferre domino suo, seu vitam ab
 eo auferre. Quod enim hoc agat *Heb. 6.*
 peccator testatur D. Paulus, quando
 astruit rursus tales *crucifigere in se-
 metipsis filium Dei per peccatum.* Cu-
 ius intellectum si desideres, audi eū-
 dem D. Paulum dicentem. *Viuit in Col. 2.*
me Christus, nempe spirituali qua-
 dam vita, qua viuit, animas viuificā-
 do, & in illis opera vitæ operando,
 iuxta illud quod scriptū est: *Omnia
 opera nostra operatus es Domine.* Hoc *Isa. 26.*
 modo viuit Deus in quolibet iusto.
 Quum ergo ita non viuat Deus in
 peccatore, manifestum est quod ip-
 sum peccando interemerit. Quantū
 autem sit malum, quantaq; hæc pro-
 ditio, quōtve mala in se includat,
 ponderet qui de rebus rectè iudicat. *Tertia*
 Sit quoque tertium, propter quod *causa.*
 nos odio habere debem⁹, idq; subli-

§4 CAPVT SECVNDVM

mius est, nempe vt anima nostra euacuata nostri amore, quantum Deo gratum est, impleatur eo ipso Deo, cuius bonitas nequaquam pateretur nos euacuatos nostri amore, non repleti sui amore. Dixi hanc rationem maximè sublimem esse, quæ nos moueat ad nostri odium. Nihil enim, vt in sequentibus de Dei amore tractantes dicemus; adeò ritè perfici potest, quàm vt oderimus omnia nostra sensualia desideria, vt ita regnet in nostra voluntate sublimis Dei voluntas, qui est ipse Deus. Et hæc est summa sublimitas, quam hic habere possumus. Itaque ob Dei reuerentiam obtestor, & ob infinitum illius desiderium, quo ex sua bonitate expetit nostri sublimationem, rursus ob naturale desiderium, quo vniuersissimum bonum appetimus, ne simus in hoc negligentes, sed innumeros scrutemur cuniculos ac subriles modos, sanctè nos ipsos odio habendi, quo tantas ac perpetuas obtineamus diuitias. Quum autem nostra animi tepor non permittat, vt nos ip-

ses.

sos malè aut durè tractemus, sicut
 deberemus, cupiamus saltem, & ma-
 gno desiderio consentiamus, vt pro-
 uocemur, & ab alijs persecutionem
 sustineamus. Neque enim aliud est
 persecutio, quàm officina aut mal-
 leus, quo tollitur à nobis rubigo
 siue scoria animæ nostræ, aut est scap-
 pellus vel cauterium animæ infixū,
 quo ab ea aufertur proprii amoris *Persecu-*
 venenum, quo exulcerati sumus, & *tionē patē*
 ab omnibono abstracti, vt ablata *magnam*
 huiusmodi exulceratione, operari *est bonū.*
 possimus summum Dei opus, quod
 est amor ipsius. Summè igitur exul-
 temus, dum ab alijs malè tractamur,
 iniurijsque aut calumnijs afficimur,
 & magno ad Deum, nostrumque per-
 secutorem amore exclamemus: Vn-
 de hoc mihi vt in terra habeam, qui
 à me ita auferat animæ meæ vlcera-
 tionem aut infectionem, sitque mihi
 occasio, vt summis apud Deum opi-
 bus dicer? Aduertamus quòd summè
 habeatur foelicitatis incidisse in
 chirurgum, qui corporis nostri cu-
 ret vulnera: idque tamen non sine a-

*Beatus
qui perse-
cutiones
hilari a-
nimo su-
ffinet.*

verbis punctionibus, quæ ipsius ve-
lut medullam animæ summè cruci-
ent. Certum est autem longè foelici⁹
esse incidisse in eius societatem, qui
præter rationem malè nos excipiat,
idque quo indigemus auferat. Nam
si hac voluntate amplectimur, mor-
tifero proprij nostri amoris veneno
fani reddimur. O beatum eum qui id
senserit ac desiderauerit, & conti-
nuo ac efficaci studio procurauerit.
O beatiorem adhuc illum, qui, dum
se in huiusce persecutionis conflictu
positum viderit, amarus illius hau-
stus deuorauerit, quò hunc amorem
assequi aut possideri valeat. O longè
foeliciissimum eum, qui longo exer-
cizio adeo directus est, in magnitu-
dinem suauissimi huius odij, vt licet
ob naturalem inclinationem, mag-
nam secum adferat pœnam talis per-
secutio, ardēs tamen desiderij cres-
cendi in Dei amore, illud in tantam
cōuertat dulcedinē, quantam secum
adferre solet id, quod magno deside-
rio longè antea concupiuius. De
modo autem seu ratione quæ ex no-
stra

stra parte exigitur, ut istud obtineamus, in sequentibus agetur capite sexto de humilitate, quæ huius primum est fundamentum. Expedi tamen ut hoc quoque loco tradatur efficacior huius sancti odij assequendi ratio, eò quòd res sit ad eò extra omnem usum. Ad quod nobis aduertendum erit, plurimum expedire valde attentum esse, quòd tempore quo inclinatur voluntas ad expetendum vel acceptandum persecutionem, non conueniat ante oculos afferre ipsam persecutionem, compellendo ut illam acceptet: ad modum enim difficile esset voluntariè vel spontaneè acceptare persecutionem, cum præsens aut adhuc recens est, nisi spiritus sancti vnctione præuenti essemus, sed hoc modo agamus, cautela aut ratione sancta utè res. Còtingit sine vlla ratione nobis inferri iniuriã, comitate etiã magna pœna. Ecce iam nos positos in mortis discrimine. Nã sensualitati eo temporis articulo nulla est reliqua vita, sed in totum subie-

*Quomodo
sanctum
nostri ip-
sorum o-
dium asse-
qui vale-
amus.*

cta

Et iacet: misera ratio non est domina, vt deberet, sed illi tãquam sorori, licet aduersanti, compatitur: dæmon qui nunquam dormit omnibus malitiæ suæ machinis iaculatur, quò nos incendat, vt persecutionem magis præsentiamus. *Fidelis tamen est Deus*, inquit Paulus, *qui non patietur vos tentari supra id quod potestis sine casu sustinere*. Nunc expedit videre quid ex parte nostra facere possim, & debeamus in huiusmodi discrimine, cum summi Dei nostri auxilio. Nempe vt cum ita præsens est aut vicina iniuria, illius, quantum in nobis est, ad breue temporis spatium obliuiscamur, & hoc tēporis intervallo oculos nostræ considerationis erigamus ad cogitandas innumeras diuitias, quæ in Dei amore continentur, de quo in tertia parte latius agemus, & hac consideratione voluntatem inclinemus, vt tam sublime bonum huius amoris adamare velit: ita autem iam adamantes ac concupiscentes tantas diuitias, conuertamus nos, vt voluntatem inclinemus.

ad.

1. Cor. 10.

Oculi mentis non ad præsentē tribulationem, sed ad immensas amoris diuini diuitias conuertendi sunt.

SECUNDAE PARTIS. 89

ad præsentem persecutionem, veluti obliuioni prius traditam, & reputantes illam adeò necessariam esse vt dictum est, ad obtinendas amoris Dei diuitias, illam toto conatu expetamus, cum rem quamcunque liberè possimus expetere, præsupposito diuino auxilio, vt antea sexto documento dictum est. Hac autem ratione indubiè emollita voluntas & roborata præmio amoris Dei ac futuræ gloriæ, promptissima erit, vt inclinetur & trahatur ad acceptandâ huiusmodi persecutionem, quæ primum nos terreat. Quòd si certè aliquoties, vt dictum est, id exercuerimus, adeò ad bonum assuescemus, vt quod antea supra naturam esse videbatur, iam etiam grata delectatione peragamus. Rursum mihi dicendum videtur, vt notetur quod nunc in modum artis seu methodi traditum est, eò quòd non nihil habeat difficultatis, cum ad intelligendum, tum ad operandum: multum autem habet momenti, tum ad totum hoc caput, tum ad caput de humilitate, de patientia, & de

& de animę affectibus, tum etiam ad caput de proprio nostri amore, & rursus ad quamuis difficultatem, seu laborem interiore & exteriori, qui nobis occurrerit, deniq; ad vniuersam hanc rationem seu methodum seruiendi Deo. Quo ad tertium, quomodo se compatiuntur vera charitas & sui ipsius odium: Respondeo, quod non modò se compatiuntur, imò nunquam pertingemus ad summam charitatis celsitudinem, nisi nos ipsos oderimus. Statim enim vt quis se ipsum odit, modo quo dictum est, & non antea, habet omnem quem erga se debet habere amorem, qui que illi summè utilis est & gloriosus, & quem vult Deus vt habeamus, hoc est, quod tum habet Dei amorem, & virtutum, ac cęlestis glorię, & omnium quę ad illam conducunt. Hic autem amor non compatiuntur accessum vllius vitij, quātumuis ad illud simus inclinati, & ita nos ipsos abnegantes, nosque odientes, auferēdo à nobis ipsis malum quod desiderabamus, vero & sancto amore

reple-

*Quomodo
charitas
& ipsius
odium se
mutuo
compariā-
tur.*

SECUNDAE PARTIS. ¶

replemur. De hoc latius in sequenti-
bus agemus capite nono, & capite,
de sui ipsius amore.

CAPVT III.

*De rebus quae necessaria sunt ad ani-
mam adornandam.*

AD maiorem declarationē &
ingressū in argumentū quod
de virtutibus & alijs quibus-
dam ad animae ornatum dicendum
est, notandū nobis erit, quod is ani-
mā suā dicetur adornatā habere, qui
conformes habuerit appetitus natu-
rales cum ratione diuinisq; legibus.
Non est autem aliud hęc conformi-
tas, quā virtutum quaedam conge-
ries, dum quæque in anima suo loco
sita, illam reddit decōram ac diri-
git, prout tantæ eius dignitati con-
uenit, mitigando falsas malasq; con-
cupiscentias, quæ illi ex peccato ad-
haerant, ac disponendo eam vt ser-
uiat, & absque vlla contradictione
gratū exhibeat obsequiū eius, qui il-
lam creauit, voluntati. Operæ pretiū
itaque erit videre, quo modo quæ
ratio

*Quis ani-
mam suā
adornatā
habeat.*

ratione vtemur ad has virtutes obtinendas, de quibusdam illarum nonnulla tractando, & de quibusdam alijs, quæ similiter ad eas assequendū necessaria sunt. Quātum ergo ex facro euāgelio sanctisq̄ue doctoribus licet colligere, quantum ad ista pertinet, ad tria poterim⁹ reducere quæ necessaria sunt, & in quibus continuè occupari debet is, qui adeò sublimem ornatum cupit obtinere. Primum, vt à potentiore postulet auxiliū, quandoquidem vires humanæ fragiles sunt ad id quod adeò sublime est, ad hoc autem seruit oratio. Secundum, vt plurimis actibus, tanquam ipsa materia, fabricentur habitus isti virtutum. Tertium, vt veluti fræno retineantur, aut cautè ducatur affectus naturales, qui in singulis inueniuntur hominibus, & à theologis ac philosophis dicuntur gaudium, tristitia, spes & timor. Age igitur, tria hæc sequentibus sex capitibus tractemus, sèper memoria retinentes documēta, quæ prima parte tradidimus, erūt. n. passim hic vsui.

*Tria ad
ad animæ
ornatum
necessaria
sunt.*

CAPVT IV.

De oratione.

Voluit summus Deus noster
 supernaturali suo auxilio
 nos egere, quandoquidē bo-
 na ad quæ nos creauit, supernatura-
 lia sunt. Voluit etiam vt illud ab eo
 postularem, non quin magis cupi- *Cur Deus*
 at illud nobis dare, quàm nos ab *orationi*
 ipso accipere, sed vt maiori cū glo- *nos velit*
 ria possideamus illud, quod maiori *incubere.*
 optinemus conatu & labore illud
 expetendi. Alia quoq; id fit ratione,
 nempe vt nos ipsos non modo ratio-
 ne orationis efficiamus quodāmo-
 do merentes id quod petimus, petē-
 do illud vti debemus, verum etiam
 vtāquam importuni petitores, fre-
 quentiùs nos ipsos præsentemus an-
 te dominū à quo petimus, & ita ante
 ipsum præsetati perueniamus in co-
 gnitionem ipsius maiestatis. Quantò
 enim rem habemus præsentio-
 rem, tantò magis in nobis imprimitur e-
 ius notitia: & quantò magis notam
 habuerimus eius magnitudinem, su-
 per-

pernasque ipsius eminentias, tantò
 ampliùs exultemus in ipso: quantò
 autem magis in ipso exultauerimus,
 eumq; cognouerimus, tantò magis
 eum amemus: porrò quantò magis
 eum amauerimus & cognouerimus,
 tantò magis in animabus nostris re-
 splendeat lux veritatis: deniq; quan-
 tò magis hæc lux cum sui amore in
 nobis illuxerit, tantò ampliùs quic-
 quid Deus nò est, aut in Deum tendes,
 nihilum in oculis nostris reputetur,
 tãtoq; ampliùs malum oderimus, om-
 nemque virtutem amplectamur, &
 ad Deum ipsum accedamus. Ex qui-
 bus clarè cõstat orationem varijs rati-
 onibus certum iter esse ad obtinendum
 quicquid nobis est necessarium, &
 vt nos ducat ad celsitudinem amoris,
 ad quod nati sumus. Itaque ipsam o-
 rationem, aut quam habemus orandi
 necessitatẽ, existimare debemus pi-
 gnus, quod Deus habere voluit, quo
 nos apud se retineret. Certò enim
 nouerat quantum boni ex sua præ-
 sentia nobis accederet, & quàm cer-
 ta futura esset apud nos sui obliuio,

*Orationis
 excellen-
 siã.*

si ipso non indigeremus. Nunc autē
 aduertendum est quòd orationis ex-
 cellentia, vt sit plurimùm meritoria
 ac imperatoria: nō tantum in eo cō-
 sistit, vt quod petimus sit quippiā e-
 ximiū, quātū vt sublime habeat mo-
 tiuū aut scopum eius qui orat: quod
 si sit æquale motiuum ei⁹ qui regnū
 cœleste petit, & eius qui panē ad e-
 dendum, seu corporis salutē postu-
 lat, dicetur æqualis meriti oratio:
 quanquam ex parte rei petitiæ sit vna
 oratio sublimior altera, idque quod
 vna oratione obtinetur, sublimi⁹ sit
 eo quod in altera. Motiuum autem
 quod nos ad orādum mouere debet,
 est, credere quòd Deus ac dominus
 noster vult, vt illud habeamus quod
 petimus: vult etiam vt illud petā-
 mus, quòd mediante nostra oratione
 illud quodāmodo promereamur, &
 illud obtinēdo magis dispositi simus
 ad eius obsequium. Beatus siquidem
 est panis quē edit is, qui ad hoc edit
 vt viuat, quòd viuens semper occupa-
 tur crescendo in amore gloriæ Dei
 sui. Sic enim & petitio panis, & quic
 quid

*In quo cō-
 sistat ora-
 tionis vis
 vt sit me-
 ritoria*

*Qua intē-
 tione mo-
 ueri debe-
 amus ad
 orandum*

quid reliquum est, tali motiuo coniunctum est sublimis meritis. Talis præterea animi esse debemus, vt si Deo gratum non esse putaremus nos illud obtinere, quod plurimum desideramus, protinus, quantum in nobis est, illud nec desiderarem nec peteremus. Itaque famelicus quidē, vt plurimum fame qua premitur, mouetur ad petendum panem, at nō ita qui rectē Deum orat, cibum, gratiam, virtutes & gloriam petere debet, hoc est, non potissimum quod horū indigentia prematur, sed quod Deus ac Dominus noster summē cupiat vt hæc habeamus, nostram duntaxat petitionem expectans, vt ea nobis tribuat, ad eō vt amplius mouere me debeat ad desiderandum ac petendum meum bonum Dei voluntas, cupientis vt ego illud habeā, quā gaudium & gloria, quæ ex eo bono mihi spero prouentura. Modus itaq; orandi esse debet, vt habitum iam assecuta anima nostra optandi quicquid Deus cupit supra aliud quodcunque, & innumeris actibus ea sic actu

*Methodus
orandi
Deum.*

actu petendi exercita, non potissimum ob bonum nostrum, sed quòd eius tam eximia voluntas dignissima sit, quæ appetatur supra omne appetibile, quicquid ab eo petierimus immixtum ac intextum sit huiusmodi habitui, singula quoque verba præcationum nostrarum adiuncta sint actibus volendi aut desiderandi quicquid expetimus, ob id quòd Deus cupiat ut illud habeamus quòd gratiores illi serui hoc pacto efficiamur, maioremque amorem habeamus. Beatus qui sic orauerit: nã intra paucos dies in virum euadet validum, fortè ac potentem in domino. Ad vniuersa autem nunc prædicta maximè necessarium est ut probè nota sint, meliusque in opus deducta secundum & sextum documenta quæ præmisimus. Modo autem precandi iam præcognito, visum est operæpretium ad iungere paradigma, quo, veluti digito, ostendatur quicquid diximus. Vidi enim nonnullos viros spirituales, qui suo quidè iudicio, dicto motu precabantur, non tamen ita e-

*Exemplo
declarat
que ora-
tio perfe-
cta inten-
tione fun-
datur,
que non.*

rat, agnoscebant autem suum erro-
rem, hoc aut simili paradigmate,
verbi causa. Optat quis virtutem aut
gratiam ad bonum aliquem finem,
aduertit dominum dixisse vt petamus
ab eo quod nobis necessarium
est. Petit instanter, agnoscens etiam
suam abiectiōem, perseuerat in
hoc petendi modo, sentit quoque in
sua postulatione gustus dulcedinis,
diuiniq̄ amoris. Opinantur, vt di-
xi, nonnulli deuoti hanc orationem
à perfecto motiuo vel scopo profi-
cisci, nec tamen ita est, quanquam
bona ac deuota sit oratio. Quòd si
requiras quid illi ad perfectionem
desit, respondeo, deesse illi vt ex
amore petatur, etiam si petitur cum
amore. Dico ergo non sufficere, vt
perfectum sit motiuum eius qui o-
rat, vt amet, ceteraque habeat vni-
uersa, sed necessum est quoque vt ad
rem postulandam ex Dei amore mo-
ueatur, & non amore rei concupitæ,
quanquam tamen & amor illius
rei seruari possit, magna cum perfe-
ctione & merito: modò actu refera-

tur

eur, vt propterea ametur, quia Deus
 vult vt illam amemus, quòd iam ali-
 ud est, & propemodum egreditur
 orandi limites. Hoc itaque multi
 considerantes in cognitionem vene-
 runt, quòd occultatus fuerat suiip-
 sorum amor, sub vmbra amoris Dei,
 verumque fuisse quod licet Deum a-
 marent, non tamen isto amore mo-
 uebantur, actu dum orarent, sed sui-
 ipsorum amore, licet non malo, quo
 agebantur ad postulandum id quòd
 postulabant, ob id quòd bo-
 num esset. Istud faciliùs capiatur
 ex eo, quod passim contingit inter e-
 os qui inuicem se amant, quòd vnus
 ab altero quidpiam postulat, idque
 cum amore quo illum amat, non

*Deus orã-
 dus est nō
 tantum cū
 amore,
 sed etiam
 ex amore.*

*Quis ex
amore pe-
tat.*

tum in nobis suscipiat obsequium. Magna sanè est & necessaria, attentio, quò horum amorum discrimen agnoscat. Est enim res cum primis necessaria vt hoc sciatur, multiq̄ opinati sunt se in his rectè incedere, propiùs autem & maiori claritate rem perspicientes, inuenerunt tantù veri amoris Dei fuisse imaginationem, & se ab eo longè abesse. Ille itaque credat se in eo rectè procedere, qui tanquam duci viæ continuè innixus fuerit actuali cuidam desiderio, obtinendi per orationem has aut illas virtutes, quò Deus gaudeat videre illum his ornatum, & ipse in illius amore summè crescat. Qui ergo tam clarè perspexerit se hac ratione moueri, quàm clarè se perspicere potest in dato pri^o exēplo in secūdo documēto, de eo qui pro amico desiderat & querit cibum aut medicinā, quam pro se ipso eget, oblitus sui ipsius aut suæ propriæ necessitatis. Cui istud contigerit, & petierit ignosci sibi peccata, ac de illis doluerit, hūc magis mouebit dolor, quod videat

SECUNDAE PARTIS. 99

in anima sua esse quod dominū Deū
 offendat, & desiderium videndi illā
 mundam, quo iste Dominus gratum
 in ea inueniat obsequium quā dis-
 plicentia quæ inde oriri solet, quòd
 videamus nos incompósitos, & alie-
 natos à spiritali consolatione, quā
 vel habere solemus vel desideram⁹,
 aut ob quemuis timorem. Potest itē
 dari exemplū in rebus omnibus quas
 petimus, in quibus satis importuni
 esse solemus: veluti dum cupit quis
 laborem aut dolorem euadere, seu
 bonū aliquod obtinere, debet enim
 in corde nostro sentiri desiderium
 euadendi illam angustiam: non po-
 tissimum ob pœnam quæ in illa sen-
 titur, sed ne sit nobis impedimētum
 seruiendi Deo, habendo promptam
 & non fictam voluntatem, quod si
 vllomodo ille quouis tempore cu-
 peret, nostra angustia sibi obsequiū
 præstari, quod fiat voluntas ipsius, &
 quod hæc volūtatis eius adimpletio
 ex nostra angustia, sit nobis exulta-
 tio, gaudentibus quòd gratum à no-
 bis suscipiat ille obsequium. Parī

*venialis
 id decla-
 ratur.*

quoque modo de bono quod cupis, aut impetrare postulas, nepe ut illud fiat, non ob tui consolationem, sed ut in anima tua percipias stimulum quendam incitantem, ut hoc desideres, eò quod bonum illud habes, magis animatus sis, quod anima summo & eximio amore Deo sit magis unita.

Magni ac frequentes actus ad hoc sunt necessarii eorum qui secundo ac sexto documentis descripti sunt. Et initio quidem videbitur, quod non modo deuotione non crescimus, sed & eius quam prius habebamus iacturam facimus, in quo magnam sentiet tristitiam anima fragilis ac recens, in hac tam sublimi operatione, viriliter tamen hoc exercitium prosequi debet, cum sit eximium. Nec admiretur se sentire deuotionis imminutionem; nam & in his principijs, quibus percipit huiusmodi tepiditatem, longe amplius merebitur quam prioribus, dum sibi maiorem gustare videretur suauitatem. Siquidem hæc suauitas oriri solet ex sui amore, quanquam

*Propter
deuotionis
imminutionem ab
hoc exercitio non
cessandū.*

non

non malo : qui tamen relinquendus est, vt toti simus dediti Dei amor, qui sublimior est . Quum enim illa oriretur ex nostri amore, qui magnus erat, magna erat & suauitas: relicto autē illo amore & asūpto solius Dei amore, qui initio modicus est, sentitur modica suauitas aut deuotio: crescēte autē hoc amore, crescet & suauitas seu deuotio. Quadrare ad hoc videtur paradigma, seu id quod nonnunquam experimur, nēpe, quod dum ligna duo simul ardent, quorū alterum ficius est ac incēsum, alterum verò non ita, magna tamen vni⁹ inflammatio efficit vt alterum viride, nec ita accensum, plurimū ardere videatur, si autem illa seiungas, videbitur illud quod non ita accensum est, flamma & ardore carere : quòd si quis velit penitus non extinguī, opus erit vt flatu seu ventilatione iuuetur, aut priori iam incēso adiungatur, cuius coniunctione prius ardebat . Pari quoque modo cum amor, quem erga Deum habemus, non sit ad-

modum ardens, adiunctus tamen a-
 mori quo ad nos ipsos flagramus, ar-
 dere videtur, quodque ex ipso m-
 na operemur: separato verò nostri
 amore, apparet debilitas amoris quæ
 ad Deum habemus. Vix enim quic-
 quam lucere perpenditur, sed potius
 frigidi facti videmur. Itaque fortifi-
 cari hunc oportet multis validis a-
 ctibus, ei que succurrendum est, ea-
 rum rerum consideratione, quæ no-
 bis iuxta nostri amorem dulces esse
 solent, nempe consideratione magni
 illius boni gloriæ, & consolationis,
 quæ nobis prouentura, speramus.
 Rursum quod sic ingentia mala eua-
 demus, quæ naturaliter horremus, &
 edimus. Et huiusmodi nostri amoris
 flatibus credendum est, modicam il-
 lam flammam & accensionem amo-
 ris ad Deum vires & incrementum
 paulatim accepturam, iuxta maiore
 conatum quo ad illum accedimus,
 adiuti nostri ipsorum amore, ut di-
 ctum est. Expediit tamen ut plurimū
 annitamur, quò in omnibus prædi-
 ctis magnos & validos actus habea-
 mus,

*Amor
 Dei mul-
 tis validis
 actibus
 fortificā-
 dos.*

mus, ut in nobis solius Dei amorem
tam vehementem producant, quam
esse solet is quem prius habebamus,
veluti compositum ex nostri amore
qui magnus erat, vehemens ac dulcis,
una cum amore ad Deum qui erat
valde exiguus. Hoc autem nobis pro-
curandum est, donec tantam sentia-
mus suavitatem, dum à nostris libe-
rari procuramus angustijs, eo tantum
fine quò melius Deo seruiamus, ut
dictum est, quàm sentire solemus dum
idem peteremus nunc inducti, ut vi-
delicet liberaremur à molestia quæ
nos fatigabat. Qui ergo ita egerit,
meritò opinari poterit se verum ac
sincerum habere Dei amorem, què
semper postulare debemus. Gran-
dis est hæc alteratio ac mutatio dex-
teræ excelsi, beatus qui illam in ter-
ra gustauerit, iam enim habitare in-
cipiet inter pascua, quæ contingunt
in æterna gloria. Operæpretium est
autem ad id quod prædictum est, ut
dum oramus, admodum in hoc attē-
damus, donec tali orandi modo om-
nino assueti & habituati simus, quò

*Quid no-
bis in ora-
tione ma-
ximè at-
tentionem
dandū
est.*

in singulis nostris postulationibus disquiramus, vtrum ad petendum & desiderandū id quod petimus, moueat nos Dei amor, an verò eius rei quā expetimus dilectio, siue affectio que nos occupat. Neque vllō modo progrediamur ex vna postulatione, donec volūtate inclinauerim⁹ vt illud acceptet ea ratione, quia De⁹ vult vt illud petamus, & in hoc ipsi seruitur. Quòd si in hoc sumus negligentes, nulla spes relinquitur nostri incrementi in bono habitu orandi. Exempli gratia, hoc modo petimus. *Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum*. Petitur hac prima petitione, vt Dei nomen in nobis habeatur in estimatione & amore, absque vlla terrenæ rei mixtura, quæ cum eo ametur. Adeò sublimis est hæc petitio, vt qui illam sibi obtineat, in terra beatus sit. Si quis ergo id intelligit, & se amat, tantum bonum indubiè sibi volet, magnaq; affectione expetet, & bona erit postulatio. Nos tamen hac re contenti esse non debemus, sed vltèrius procedentes

inclinemus & inducamus voluntatē
 in aliud perfectius motiū, nempe
 ut illud desideret, eò quòd dignissi-
 mus est Deus, qui solus in cordibus
 nostris æstimetur & ametur, absque
 vlla cōmixtione amoris nostri, aut
 vllius alterius rei terrenæ, & quia
 nos ad id creauit illa maiestas. Neq;
 vllō modo transeamus ad aliam pe-
 titionem, nisi obtento hoc motiū.
 Meminerimus etiā quod dixerit Dei
 filius in sacro euangelio: *Oportet sē-*
per orare.

Luc. 18.

CAPVT V.

*De quibusdam virtutibus in communi,
 quæ ostenduntur aliundè non habe-
 ri quam à preciosissimis fodinis, seu
 venis passionis Christi.*

Prima de virtutum excellen-
 tijs & diuersitatib⁹ scripta sūt
 in varijs libris, sed beat⁹ est, qui
 illas legerit in libro vitæ, qui est Ies⁹
 Christ⁹, fons sapiētiae in cœlo & in
 terra. *Discite à me*, inquit illa maie-
 stas, tãquā ex optimo libro, sint q̄s il-
 la pauca, tū ne ea obliuioni tradatis,
 tum quod eiusmodi sint, vt vbi ea di-

Matth. 18.
 Virtutes à
 Christo, nō
 aliunde
 discende.

diceritis, vera sapientia pleni eritis. Itaque *discite à me, quod mitis sum, & humilis corde.* O beatam doctrinam. O longissimam breuitatem humilitatis & patientiæ, quas discere non oportet in fonte sapientiæ Dei. Ne quis ergo ditari speret virtutibus, nisi illas à filio Dei homine factò addiscat, & maximè ab eius passione sacratissima. Nam hæc veluti aurifodina mūdo data est à clementissimo patre, vt plenis manibus inde colligere valeamus, semper que videre, & audire eminentiam cuiusuis virtutis. Magna est illius præsumptio, qui alibi putat colligere virtutes, segregatus à tam abundante fodina, in hoc à Deo data: beatus autem erit quis meditatione continua ad intima huius fodinæ ingressus fuerit: ibi enim venas adeò diuinas inueniet, vt ipsum ad opes angelicas exaltent. In eo siquidem omnes thesauri diuinitatis sunt reconditi. Nunc itaque videtur operæ precium aliquid subiungere, de modo quo duas has virtutes addiscamus, ab humilitate in-

*christi
passio
virtutum
speculum.*

cho-

choantes, tanquam à fundamento omnis boni.

CAPVT VI.

De humilitate, cur illam Deus adèd & nobis requirat, & de ratione ipsam conquirendi.

Humilitas in tantam scandit sublimitatem, rursusque in tantam se demittit profunditatem, ut à sanctis doctoribus longa sint scalæ confectæ plurimorum graduum, quibus ad eam perueniatur. Nec speret quisquam ad tam sublime humilitatis coelum absq; scalis conscendere. Quum autem, ut dixi modò, de his scalis abundè prouisum sit, decreui his omiſſis, vltius procedere. Meo iudicio si quis hos gradus conscendisset, hic in talem sui omniumque rerum cognitionem statim perueniret, qua clarissimè videret, quòd ex se quicquam non haberet, præterquam nihil: quodque omne quòd aliquid est, ipse Deus est: & quòd cum ita sit, meritò exigit il-

Veri humilis aut

le, vt ne furtum aut simile malū committatur, omnis cogitatio, omneq; hominis vires intendantur, vt omnibus modis ille magnificetur, cuius est omne id quod aliquid est. Operat præterea humilis, cum non aliud exigat humilitas, quàm quod suū est, vt vniuersus mundus ipsum tractet, ac æstimet, pro eo quod est, hoc est, tanquam nihil, ne videlicet hominū corda vel breuissimo spacio occupentur, æstimando alicuius esse pretij, id quod re vera nihil est, aut vas est iniquitatū, quod peius est quā nihil, & tale est quouis peccator. In hoc ergo, vt id quod nunc diximus, multis bonæ considerationis actibus in corde firmum sit, consistit clavis humilitatis, cupiendo etiā vt qui nos malis afficiunt ac despiciunt, & quicūque id vident, existiment nos, nō ex humilitate ea sufferre, sed quòd euitare illa nequeamus, quod præ oculis semper haberi debet. Neque enim pro magno æstimari debet velle malis affici cum despectu, si opinamur eos qui illud vident, existi-

mar

*In quo
consistat
clavis hu-
militatis.*

mare nos id ex humilitate sustinere,
 non offensos, nec iniuriam sentien-
 tes. Et hoc est, quod D. Bonaventura
 dicit, cum in *stimulo amoris* horta-
 tur, ut qui nititur Deo placere, con-
 tur ab alijs vilis & abiectus haberi,
 non humilis siue modesti animi. Id
 dico, ut taliter ab alijs cupiamus vi-
 les haberi, & ut abiecti tractari,
 quod etiã optemus eos opinari esse
 omnino contra nostram voluntatẽ,
 quòd sic tractemur, nosque admodũ
 ægrè ferre, & multum indignari
 quòd taliter æstimemur, & ita no-
 biscum agatur, cum in rei veritate
 indegloriemur, ob sanctum nostri
 odium, quod in nobis est. Est tamen
 advertendum, quòd si quis tam su-
 blimis esset virtutis, ut nullam sibi
 vim inferens posset optare, ut ipsum
 cæteri vilem & non humilem æsti-
 marent, iuxta id quod modò de-
 claratum est, talis ad proximorum
 ædificationem cupere posset, ut
 opinarentur, quòd huiusmodi in-
 iurias cum gaudio, & non reniten-
 te voluntate sustineret, sed
 Dei

*S. Bonaventura
 Viles ha-
 beri velle
 debemus,
 non hu-
 miles.*

Matth. 11.

Dei & humilitatis amore: essetq; ea
 humilitas heroica; & hanc humili-
 tatem iubet Dei filius, vt ab eo disca-
 mus, cum ait: *Discite à me quia mitis
 sum & humilis corde.* Quanquam &
 alia sublimia mysteria lateant in re-
 demptoris nostri humilitate, quæ
 hic non referuntur, tum quòd ineffa-
 bilia sint, tum quòd in admiratione
 magis sint relicta quàm ad imitatio-
 nem. Fuit enim humilitas aded con-
 iuncta patientiæ, vt in quibusdã re-
 bus illam non possimus exprimere
 seu imitari, sine noua admiratione,
 sicut admirandum fuit eius gaudiũ,
 quod in passione sua simul cum sum-
 mo dolore habuit. Sed cum à redem-
 ptore nostro hæc nobis addiscenda
 sit humilitas, operæ precium nũc mi-
 hi visum est, eius humilitatem ob o-
 culos ponere, quemadmodum rudes
 in arte quapiam ad discenda, aut pin-
 gendi adhuc imperiti, coram oculis
 habere solent exemplar, quod discen-
 do imitari cupiunt. Hæc autem filij
 Dei humilitas inexplicabilis quidẽ
 est, sed tamen iuxta nostrã ruditatẽ
 illam

SECUNDAE PARTIS. III

illam cognoscere tentabimus, considerantes quòd cum esset Deus infinitus, & homo perfectissimus, voluit, & magno cum gaudio elegit, pro re minima, imo nulla propemodum aestimari, & pro tali tractari, varijs iniurijs, còtumelijs, ac vituperijs, à die quo natus est, donec mortem quoq; ignominiosissimam sustinuit, & hæc omnia nò quòd ei necessaria essent, sed vt nos, quibus tanta erat necessitas, disceremus modum humiliandi nos ipsos qui in prædictis consistit. Vnde videre est, quàm reprehensibilis sit is, qui hanc humilitatem non discit & arripit, quam tantus magister exhibuit, & exercuit in seipso, licet non pro seipso, sed vt nos illam ab ipso disceremus. Cognita itaque nostri regis humilitate, debet quisque in corde suo aliã ad illius imitationem vel similitudinem fabricare, non quòd iubeatur, vt ad eius æqualitatem tendamus. Nam & si omnes creaturæ cuperent, & gauderent vilissimæ haberi, ac indignissimè tractari, ex minima sui

repu-

Perfekte Christi humilitas.

Quo Christi humilitatem non conatur imitari, reprehendus est.

*Humili-
tas omnium
hominum
cum hu-
militate
Christi si
conferatur,
nulla
est.*

*Christus
nihil fieri
voluit,
quanto
magis
Christia-
ni.*

reputatione,habita ex vera suæ abiectionis cognitione, omnisque huiusmodi omnium humilitas in vno homine cumlaretur, nulla esset hæc humilitas, collata cum redemptoris nostri humilitate. Sunt enim varijs modis differentię innumera, inter maiestatem illam & omnes nos, quarum quælibet infinitum ponit discrimen inter humilitatem illius excellentię, & omnium sanctorum humilitatem, etiam in eodem accumulata. Dixi ergo quod nostram humilitatem fabricare debeamus, ad similitudinem humilitatis nostri redemptoris; eò quod nostra vilitas & abiectioni illi magno gaudio est, rursu dico, magno gaudio, nam hic cardo rei consistit, quod quilibet cupere ac desiderare debet, in oculis omnium pro nihilo reputari, & vt talis tractari: aliud enim quod ex nobis est, non promeremur, nec quicquam sumus: quum etiam Dei filius ac Dominus noster nihil comeritus, consenserit ac cupuerit talis æstimari, cum bonum esset infinitum, & vt talis tractari,

ad

ad nostrum exemplum, ut diximus, possit autem quis admirari, quod Deus in nobis exigat, tantam nostri vilipensionem & humilitatem, & quæ ipsi tæci cõflaret, dum nos eã suo exẽplo docuit. Aduertemus ergo, quod ita voluit, eò quod id nobis in veritate cõueniat, & quia ex nobis nihil boni habemus, nec promeremur, etiã si multa bona ex magnifica Dei manu habeamus, cui soli acceptũ ferre debemus, & illũ, nõ nos ipsos, inde glorificare. Neq; solũ id nobis cõuenit, sed & sumẽ necessarium est, tanta enim humilitas, cũ voluntariẽ assumpta nostri abiectiõne, perfecta medicina est humanæ infirmitatis mortiferæ, quæ ex superbia prouenit: neque quisquã perfectẽ vnquam ab illa curabitur absq; perfecta humilitate. Quantũ autem de perfecta cura defuerit, tantũ de animæ emũdatione deerit: rursũ quantũ de animæ emũdatione defuerit, tantum de beneficijs & gratia Dei nobis deerit, tantoque minus sui erimus. Quod si quis roget, quo modo possit quis gaudere

*Cur Deus
voluerit
nos abie-
ctos esse.*

*Nullus ab
imperfe-
ctionibus
liber sine
humilitate.*

dere

*Quomodo
gaudere
possumus
cum con-
uitijs af-
ficimur.*

*Adi com-
parandam
humilita-
tem, quid
op^o facto.*

dere, quòd vituperijs agitetur, cum adeo difficile sit id velle, poterit responderi, quòd id fieri possit, ex magna consideratione iam dictæ humilitatis filij Dei, & ex utilitate quæ inde nobis prouenit, & maximè quia ita habiles reddimur, vt Deus in nobis habeat gaudium, & gratum seruitium. Nemo autem qui discretus est, repellere debet id, per quod adimpletur altissimi voluntas, vnà cum gloria propria, & inæstimabili utilitate, ac perpetua pro seipso, ex breuissimi tēporis labore. Attamen, vt ratione respondeamus prædictæ quæstioni, notabimus, quòd ad fabricandam prædictam humilitatem necessarium est illud, quod sexto documento diximus, nempe vt inclinem^r frequenter voluntatem: rursum dico vt frequenter imo indies valdè frequenter, cupiat, & cum gaudio desideret abiectiōem ac vilipensionem ad eò pretiosam. O quàm meritò debet humiliari, siue humilis esse ac despici, qui toties inuētus est proditor aduersus dominum æter-

nam
suam
eo qu
mori
ternu
mus,
pere
cū c
pro
qu
to s
tiof
accr
ei, q
vol
cer
stim
quæ
si oc
one
qui
mo
in c
re

nam
suam
eo qu
mori
ternu
mus,
pere
cū c
pro
qu
to s
tiof
accr
ei, q
vol
cer
stim
quæ
si oc
one
qui
mo
in c
re

nam, per peccatum tradendo animam
 suam diabolo, auferendo illam ab
 eo qui suam solam bonitate pro ipso
 mori voluit, hoc est, ab ipso Deo x-
 terno. Sanè si hoc seriò aduertere-
 mus, magno dolore honorem susci-
 peremus, si quādo nobis offerretur,
 cū clarissimè videamus hinc nobis
 provenire quod demeremur, &
 quod fortasse nobis erit impedimē-
 to summorum bonorum, quæ ex pre-
 tiosa vilipensione, & regi cœlorum
 accreuerunt, & indubiè accrescent
 ei, qui in dicto itinere comes ei esse
 voluerit. Posset quis nihilominus in
 certis casibus velle honorari, aut x-
 stimari, non obstantibus omnibus
 quæ de humilitate dicta sunt: nempe
 si oculum, aut respectum & intenti-
 onem habeat ad aliquod Dei obse-
 quiū, quod credit, aut videt ex huius-
 modi honore provenire. Sed eo etiā
 in casu expetere deberet cum timo-
 re, & nonnullo dolore quòd ho-
 norari oporteret, mag-
 naque cautela.

*Quomodo
 aliquis
 potest
 velle ho-
 norari.*

CAPVT VII.

De inani gloria aduersante humilitate, in quo continetur egregia consideratio, quæ vniuersam vanitatem subuertat.

Vbi de humilitate actum est, operæpretium videtur, aliquid dicere de malo quodâ frutice, seu herba, latè in mundo disseminata, quæ vniuersas diruit virtutes, potissimū autē obsistit humilitatis incrementō, nempe inani gloria, matre vniuersorum malorū, quæ omnibonum inficit. Modica aut nulla inanis gloria sese illi offerret, qui seipsū abnegasset, aut odio haberet, modo quo habetur in sãcto euãgelio, & in superioribus declaratū est. Neque enim aliud est inanis gloria, nisi cōplacentia aut gaudiū, quod suscipit quispiam vnde non debet, aut modo quo non debet. Rectè potest quis gaudere de bonis, quæ ex gratia Dei obtinet, quaten⁹ inde videt, aut sperat aliquod Dei obsequium, aut animæ vtilitatem (est enim idem verūque, modò rectè intelligatur) alio-

qui

Abnegatio sui gloriæ omnem inanem auellit.

Inanis gloria quid.

vanum est gaudium, & vana gloria: nobis .n. gloria assumimus, quæ soli Deo debetur: aut in nobis ipsi gloriamur, cū deberem⁹ in Domino gloriamur. Hanc itaq; gloria non assumeret, qui se odio haberet, vt iā diximus. Quisquis ergo sit, suspectū habere debet, ne vanū & nō spirituale gaudiū sit, quod habet de beneficijs quæ à Deo accepit, dum non eodem modo gaudet considerans beneficia quæ alij acceperunt. Quanquam enim virtutem nobis primū eligere debeamus quā alijs, & item gaudere, quòd cum decretum non esset vt nos simul cū illis ipsam obtineremus, contigit vt nos eam haberemus, attamen dum & nos, & illi, bonum obtinemus de magnifica Dei manu, de vtroque æqualiter gaudet diuina maiestas, nec debet aliud esse nostrum gaudium, nisi in Deo, & eò quòd ipsius volūtas adimpleatur. Ita exultabat spiritus beate Marię Virginis in Deo salutari suo. De⁹ ac domin⁹ noster in nostra voluit situm esse voluntate, vt de omni bono quod quis-

Gaudium nostrum quale & in quo debeat esse.

Luc. 1.

que

que haberet, tantum gaudere posset, quantum cognosceret huiusmodi bonum & à Deo esse, & in Dei obsequium resultare: cum autem hanc à Deo datam ordinationē egreditur, protinus inanis gloria siue gaudium vanum efficitur, hoc est, quod limites egreditur à Deo praestitutos, nempe quos deberet habere illud gaudium, quo de beneficijs ab eo acceptis gauderemus, & hæc dicitur vana & inanis gloria. Longè tamen peior est inanis gloria quã habet quis de bono quod non possidet: & longè pessima, si gaudet de malo quod perpetravit. Aded astuta est inanis gloria, quod frequenter opinabitur qui adhuc virtute debilis est, se de bono quod habet in Deo gaudere, & tamen admixtum erit plurimū inanis gloriæ. Idcirco donec quis perspectas habeat in se virtutes, semper fugere debet omne genus gaudij, aut complacentiæ, dū recogitat beneficia, quæ à Deo recepit, aut bona quæ habet, vel quæ de se audit: quin potius se deberet assuetu-

cere,

Inanis gloria grauiores & diuersi gradus.

cere vt his temporum articulis me-
 rum assumeret, quo, dolore quodam
 suspectam haberet inanem gloriam,
 quæ occultè admodum in his oriri
 solet.

Omissa ergo nunc inani gloria,
 quam peiorem aut longè pessimam
 diximus, tãquam malo crassiori, quã
 vt in viris spiritualibus inueniretur:
 sed tantum in perditis hominibus,
 nequaquam veri boni cupidis, qui-
 bus hæc non scribimus, ad priorem
 illam inanem gloriam reuertamur,
 quæ ex eo bono oritur, quod quis ha-
 bet aut facit, vel de se audit. Itaque
 illud, quod tantum malum possit fa-
 ciliùs à nobis auertere, existimo esse
 considerationem ingentis vanitatis
 ac falsitatis, quam est in ea inuenire:
 nemo est enim virtuti deditus qui
 non oderit quod vanum & falsum
 est. Et aduerte quòd toties vel tandiu
 posset quis considerare quod infra
 scribitur, vt ex magno vsu id confi-
 derandi, tantum conciperet odium
 aduersus hoc malum inanis gloriæ,
 quòd deinceps illa vix vnquam ipsi.

*Inanem
 gloriam
 quid fu-
 gare po-
 test.*

F

se

*Exemplū
ad fugan-
dam vanā
gloriam.*

se offerret. Est autem hæc considera-
tio. Turpe admodum esset si aulicus
quispiam aut nobilis magni æstima-
ret, aut apud se gloriaretur, quòd se
paruo periculo obiecisset, ob amo-
rem & obsequium regis, qui rex an-
tea ratione illius, aut magno eius a-
more, magnis periculis ac vulneri-
bus sese exposuisset. Quòd si idem
nobilis non modò illud paruum
quod egerat pro rege, cui tanta de-
bebat, magni æstimaret, sed apud a-
lios quoque de hoc se iactaret, esset
tanto risu digna leuitas, vt non me-
reretur de ea verbum fieri. Longè
tamen magis abominanda vanitas
esset, si rex ipse omnem illum labo-
rem, & pericula pertulisset, absque
vllò huius nobilis auxilio, ipse verò
nobilis paruum illud passus esset, ma-
gno regis favore & auxilio, magnis
etiā promissis ante passum laborem
beneficijs, & post perpeffum illum
paruum laborē adeptis. In abominan-
dā autē hanc vanitatē & incompara-
biliter peiorē incidit, qui inanē se-
ctatur gloriam. Siquidem excelsus

Deus

Deus noster, rex incomprehensibilis
 maiestatis, infinitæ potentæ, ac ho-
 noris, sola sua bonitate, absque vlla *Christi*
 obligatione, ingentem nostrâ neces- *Domini*
 sitatem conspiciens, ad nostrum re- *& Dei in*
 medium sese asperrimæ, & ignomi- *nos boni-*
 niosæ morti exposuit: ad quod nō so- *tas infini-*
 lū ei nō fuimus auxilio, sed nec illi *ta.*
 gratias habuimus: imō omnes qui cū
 eo erant ipsum deseruerunt, nosque
 magis ipsum deserimus defectu
 nostræ virtutis, cum tamen nūc ma-
 gis nota sit eius diuinitas. Quē ergo
 ita sit, agnoscamus quā vanū sit quē-
 piā gloriari de obsequio quod Deo
 præstat, omittēs eo tempore in solo
 Deo gloriari: & quantum vanius sit, *Nos esti-*
 ob id velle apud alios in pretio ha- *mari, non*
 beri, cū eo tempore, quo cor illo- *nostrum*
 rum occupatur, dū nos alicuius esse *salū, sed,*
 pretij iudicant, desinit occupari esti- *aliorum*
 mando, & laudando Deum, a quō est *etiam dā-*
 omne bonum. Absit antē vt cor quod *num est.*
 non occupatur, magni reputando ac
 laudando Deum summum, cui om-
 laus debetur, occupetur habendo
 me in pretio, cui nihil tale debetur.

De-

Debet autem haberi crimini consentiens, qui putat alios occupare corda sua in ipso laudando & estimando, cum a deo vilis sit, cessando interim à magnificando Deo de omnibus bonis ac beneficijs suis: nec ipsum piget, nec dolet ei ob huiusmodi rerum inuersionem. Quòdque nostram plurimum auget vanitatem est, quòd quicquid facimus aut sufferimus, id omne nobis cōtingit beneficijs & magnifica manu eiusdem Dei altissimi, cuius sublimi auxilio operamur. Et si dixerit quispiã gloriosum cuius esse, ac meritorium hoc ipsum quod acceptat, & non reijcit Dei dona ac beneficia, & ita videri quòd hinc possit gloriam querere, ad differentiam damnatorum, quibus pœna videtur deberi, quòd nō acceptarint. Huic respondemus, nunquam nos in hoc mundo vidisse hominem, qui inaniter de eo tantum gloriaretur, quòd beneficia à rege quopiam sibi facta acceptasset, sed dementia potius reputaretur, ea non acceptare, & ea est damnatorum de-

*Vanitatē
nostram
quid ag-
grauet.*

mentia mala, quòd Dei beneficia nò
 acceptarunt, cum possent. Stultum
 est autem gloriari, quòd demens esse
 nolueris, alioqui posset quispiam
 præsumptuosè seu pomposè incede-
 re, & causam rogatus respondere i-
 deo se id facere, quòd cum stultus
 esse potuisset, & in puteum insilire,
 noluisset ea facere. Atqui talis fanè
 omnium iudicio stultus haberetur.

Quanto magis is de quo loquimur:
 nam etiam quòd Dei beneficia acce-
 ptauerit, vel non reiecerit, potissi-
 mum illius habet auxilio. *Quid ha-* 1. cor.
bes (inquit D. Paulus) *quod non acce-*
pisti? si autem accepisti, quid gloriaris?
 Qui ergo hoc considerans in se glo-
 riatus fuerit, firmissimum habet, se
 dementissimum esse ac vanissimum,
 omniq̃ bono vacuum, & ita quan-
 tùm libuerit se iactet, ac glorietur
 in tanta dementia.

CAPVT VIII.

De patientia & de ratione illam con-
parandi ac conseruandi.

F 3

Al-

*Humili-
tas & pa-
tientia so-
res.*

Altera virtus quam supremus
noster præceptor vult, vt ab
ipso discamus, est patientia,
quæ humilitati ad eò germana est, vt
propemodum semper iunctæ inue-
niantur, & eisdem vijs aut semitis
quibus inuenitur vna, inuenitur &
altera. Quemadmodum enim supra
dictum est, necesse esse ad obtinendâ
humilitatem, vt ante oculos ponamus
humilitatem filij Dei: ita debet
idem fieri ad patientiam obtinen-
dam. Quis conqueretur acceptis in-
iurijs aut afflictionibus, si sit illa cõ-
meritus, quemadmodum sumus om-
nes commeriti, dum considerat
quanta mansuetudine passus est, tot
ac tantas exacerbationes, persecuti-
ones, amaritudines ac tormenta, v-
nâ cum morte acerbissima, is qui,
præterquam quòd verus Deus erat,
omniumque dominus ex nobiliori
complexione, supra cæteros omnes
homines magis perceptiuus erat af-
flictionum, magisque delicatus?
Quis mansuetè non sustinebit, in re-
medium propriorum delictorum,

occur-

occurrentes labores & angustias, si consideret Deum suum longè maiores sustulisse pro alienis, hoc est, ut remedium adferret nostris malis? Modus autem assequendi hanc patientiam, latè supra descriptus est se-
 primo documento. Verùm cum nunc in ipsius patientiæ capite versemur, præstat ut hoc loco magnæ opes latius proponantur, quas oportet ex quavis suborta impatientiæ occasione eruere, ad quod, exempli causa, proponamus odiosum aliquid, quod nobis potest occurrere. Suspicias ex modica quadam causa, dixisse quempiam aliquid de te mali, quod nunquam commisisti. Hac suspitione tria aduersus animum tuum obijciuntur tela: primum prauis iudicij, alterum laboriosæ impatientiæ, & tertium odij aduersus eum quem id dixisse suspicaris. Porro seruus in arte militari regis cælestis industrius, debet tria hæc ad eò periculosa tela ita excipere, & ab eis se tueri, ut à nullo ipsorum vulneratus, referat à quolibet illorū singu-

*Suspicio
 causa triū
 malorum.*

Temerariū iudicium non admittēdum.

Matth. 7.

De iniuria nobis illata gaudere debemus.

Odium in alium, amoris in illum iaculo retinēdū debet.

larem animæ suæ pulchritudinem, ad magni illius regis gloriam, in cuius obsequium præliatur. Fiet autem hoc modo. Primo telo debet corpus subducere, inclinando voluntatem ne illud acceptet, consentiens tali iudicio, sed considerans nobis vetitum à summo iudice, ad quem solū id pertinet, qui ait: *Nolite iudicare.* Magno ergo gaudio debemus id relinquere: nec illius officium nobis usurpare. Secundum telum debet omnibus viribus excipere, gaudens ex dolore & iniuria quæ inde provenit: & quantò magis visus fuerit de eo gaudere, tantò minus ipsum diabolus de impatientia impugnabit, ne tanti meriti præstet ipsi occasionem. Ut autem de secundo telo possit ita contingere, operæpretium erit ad caput de sui ipsius odio recurrere, ut ex ijs quæ ibi dicuntur vires ad hoc assumat. Tertio iaculo, nempe odio aduersus eum de quo habetur suspicio, aut certa fortassis notitia, quòd hoc dixerit, debemus occurrere, inclinando voluntatem, ad producendum

dum singularem actum amoris ad
 illum, cum liberi simus, diuino assi-
 stente auxilio, ad volendum quic-
 quid libuerit, & operi nostro finem
 imponendi qui placuerit, veluti se-
 xto documento declaratum est. Et
 quemadmodum visum est nos debe-
 re nobis prouidere aduersus prædi-
 cta tria iacula, ex modica illa occasi-
 one orta: ita pari modo nos habere
 debemus ad omnia iacula, quæ in vi-
 tra nostra nobis occurrent in omni re
 aduersa, vel poenam adferente, quò
 eò modo ad singula nobis prospici-
 amus, vt in anima nostra semper il-
 laesa permaneant patientia, vt que vno *Anime*
 verbo concludatur, meminerimus à *custos pa-*
 Christo dictum esse, *patientiam possi-* *tiētia est.*
tere animas nostras. Cert^o esto quòd *Luc. 21.*
 cum ille determinauerit patientiam
 habere in ipsa possessionem, quòd *illaesa pa-*
 illa deficiente, relinquitur anima *tiētia,*
 veluti iam perdita: neq; enim à Deo *salua ma-*
 alium obtinebit possessorem, si hunc *net & a-*
 sibi eripi permiserit, neque à se aliū *nima.*
 habere potest qui bonus sit. Itaque
 in summo est periculo, ne à quouis

captiua ducatur, cum leo ille rugiens nunquam dormiat, sed semper circumeat, plurimos deuorans, non tamen huiusmodi possessores, aut eos qui à patientia possidentur. Beatos ergo mites ac pacificos dixit is, qui largitor est beatitudinis.

Matt. 5.

CAPVT IX.

De quatuor animi affectibus, quo pacto duci, gubernari, aut abijci ipsos oporteat.

GAudiū, tristitia, spes ac timor sunt naturales quidam animi affectus, qui in singulis nostrū inueniuntur. Naturale enim est ut quisque de præsenti bono gaudet, de accedente malo tristetur: futurū speret bonum, ac metuat malum. Id ergo est, quod de his affectibus ad Deo seruiendum est dicendum, quo pacto eos frænari & cautè duci conueniat. Plurimū enim mali inferre possent, si effrenes vel liberi in nobis relinquerentur, eò quòd nunquam in anima nostra vagari seu disc-

*Affectus
animi
qui.*

*Affectus
animi co-
erceri de-
bet.*

cur-

currere defināt, nūc hic, nunc ille,
 vereque dici possit omne nostrum
 malum hinc oriri, quòd hi effrenes
 discurrere permittantur. Nam & in
 viris spiritualibus non parum dam-
 ni inferunt, quamtumuis leuiter in
 ipsis incedant. Annotandum est au-
 tem, quòd si quis omnia interiora &
 exteriora propter Deum operare-
 tur, eo modo quo secundo documē-
 to dictum est, rursumque sui ipsius
 odio duceretur, vt secundo capite
 huius secundæ partis dictum est, is
 magno moderamine hos affectus re-
 tineret. Quare hic paucioribus pro-
 cedemus, adnotātes hos affectus, tūc
 dici debito moderamine haberi,
 quando nulli ipsorum motui in ani-
 ma hærenti assensum præbemus, nisi
 quem scimus Deo placere, & ex quo
 gratum suscipit obsequium: alioqui
 semper debent ablegari ab eius ani-
 mo, qui securo itinere ad Deum ten-
 dere cupit, quemadmodum Boetium
 docuit Philosophia vltimis primi
 de consolatione verbis, vbi sic ha-
 bet: *Tu quoque si vis, Lumine*

*Nullis af-
 fectibus
 assentien-
 dum nisi
 eis quos
 scimus
 Deo pla-
 cere.
 Boetius.*

*Affectus
animi
quomodo
coerceri
possunt.*

*claro, Cernere verum, Gaudia pelle,
Pelle timorem, Spemq; fugato, Nec
dolor adsit.* Est autem intelligendum
hos affectus pellendos, cum eò non
diriguntur, vt in ipsis sit reperire di-
uinum obsequium. Vt autem facilius
possimus eos repellere, sciendum no-
bis est, in veris malis reponenda esse
quæuis gaudia, quæ ab hoc mundo
nobis ingeruntur, idque ex causa
quam postea subiiciemus. Atque hinc
consequitur, omnia quæ dolorem
adferunt, in veris bonis esse reponen-
da, cum his, tanquam salutaribus af-
flictionibus, curètur animarum no-
strarum vulnera, atque ob varia quæ
hoc ipso capite frequentius recen-
sentur. Sanè is qui hæc rectè intelle-
xerit, & adimpleuerit, facilè pera-
get id quod hic habet Boetius, &
quæcunque varijs huius capituli locis
in subsequentijs ponentur. Pluri-
mum autem ad hoc subseruit positum
supra sextum documentum. Singu-
latim tamen & breuiter ad hos affe-
ctus transeuntes inchoando à gau-
dio notabimus de nullo nobis esse

gau-

gaudendum, nisi de Deo & ijs quæ
 Dei sunt, qualia sunt quæcunq; nos
 ad ipsum dirigunt. Cuius ratio est:
 nam qui in Deo, & his quæ Dei sunt,
 tantam habet materiam gaudiorum,
 admodum incircumspectus est, si in-
 terim animum occupat, de quavis al-
 lia regaudendo, cum tantò debili-
 ores sint nostræ vires ad gaudendum
 & amandum, quantò magis in variis
 gaudia & negotia disseccantur. Debe-
 remus etiam animadvertere, quòd
 quantumuis nos totos Deo deda-
 mus, quòd ad ipsum solum non perficiamus,
 quantò minus si & in alia
 distrahamur? Omninò ergo vnum
 horum duorum faciendum est, vt
 vel quoduis aliud gaudium, statim
 vt se insinuauerit, repellatur: cui rei
 oportunum erit quod sexto docu-
 mento scriptum est: aut vt in Deum
 ordinetur, modò vanum non sit gau-
 dium: ad quod seruit secundum do-
 cumentum prius positum. Eos ergo
 qui ita ordinant sua gaudia, D. Pau-
 lus admonet dicens: *Gaudete in Do-* *Phil. 4.*
mino semper, iterum dico, gaudete. Ad

F 7 hoc

De quo fit
 gauden-
 dum.

h: CAPVT NONVM

hoc autem cautè prospiciendum est. Indies enim innumera minimi momenti sese offerent gaudium adferentia, à quibus homo debet statim se extricare. Nec puto necessarium hic exemplum adferre. Datur enim hic canon in genere de omni gaudio quod non est in Deo, aut actu in Deum refertur. Magis tamen pensitando quicquid de his prædictum est, quò viuidius id sentiamus, notandum nobis erit quòd si abiectiōi, & vilitati ab omnibus tribuitur, vt rex quispiam præpotens diuitijs maximi æstimaret minutum aliquod frustulum argenti, sic, vt illud lucrifacere plurimum gaudij ipsi adferret, ipsius autem iactura eum maxime affligeret, & tristissimum redderet, longè maior est nostra abiectio, si, cum semper præsentia habeamus infinita bona quæ Deus sibi ipsi, ac nobis possidet, de quib⁹ gaudere debemus, de alijs nihili rebus sese nobis offerentibus gaudeamus: qualia sūt quæcunque huius mundi sunt, potissimum cum ipsum magis quam nos ipsos

iplos amare debeamus, & ita ipsius gloriam maioris aestimare, quam nostram, etiam si sciamus quod illam magnifice partietur hæc facientibus. Eodem modo loqui possumus de eo, qui dolet ob quamcunque mundi rem quæ contingere, vel deperdi potest, nisi peccatum sit, aut peccatum inducat, ut similiter dicamus magnam esse abiectiorem de huiusmodi dolere, cum præ oculis tantam habeat gloriam veluti dictum est ob quam semper gaudere debeat. Proderit autem hoc postremum, etiam ad id quod statim de affectu doloris dicturi sumus. Itaque de tristitia aut dolore pari modo dicamus, quod nullam tristitiam aut dolorem in anima nostra moram facere sinamus, nisi quæ ob peccatum orta est. *De nullo*, inquit Bonaventura, *doleas, nisi de peccato*. Cuius ratio hæc est: nam tristitia aut est de malo præsentis, aut de amisso bono: cum ergo nullum verum malum aut amissum bonum esse possit, nisi ob peccatum, de alio nullo

Dolenda non nisi de peccato aut peccatum inducente.

*S. Bonaventura
Cur dolere non debemus nisi de peccato*

CON-

contristari debemus. Possumus præterea addere, quod de gaudio dictū est, quòd cui tantum malum adest, de quo doleat, vt est peccatum, inconsideratè admodum agit, si vires suas diuidens de alia quauis re doleat, cū non sufficiant omnes eius vires, vt de peccato tantum doleat quantum deberet. Ad hæc quòd sublimius dolorem à nobis repellamus, considerare debemus, & omni occurrente tribulatione dicere, vt quid mihi maior est mei cura, quàm Dominus Deus cupit vt mihi curæ sit, cū meus non sim, sed suus: ipse autem eius quod suum est, eorum habet, sciens quid expediat vt ipsi contingat. Hoc est quod per hæc innuere volo, quod quicquid pœnale nobis contigerit, gratum nobis esse debet, tanto tempore quanto nobis durauerit, tanquam de re huic homini, qui Dei est, congruente, neque de eo amplius dolere, quàm Deus, cuius sumus, iubet vt doleamus. Si autem roget quis quantum velit Deus vt doleamus. Respondeo ipsum velle, vt tantum habe-

*Dolor quo
modo ex-
pellendus.*

habeamus dolorem quantum casus *Quantum*
 acerbitas cogit vt sentiamus, sic ta- *dolendum*
 men vt de hoc ipso dolore tantum *fit.*
 gaudeamus, quantum durauerit, tan-
 quã de re quæ prouenit à manu Do-
 mini, vt que per hoc ipsum gaudium
 curemus abigere dolorem, se-
 cundum quòd casus exegerit, & mo-
 do quo nouimus ac putamus Deum
 velle, vt procuremus, & quia ipse
 hoc vult: vno enim modo conuenit
 liberari à labore ægritudinis, procu-
 rando videlicet ad hoc catapocia
 aut lenitiua, alio modo à molestia
 famis, nempè per cibum: alio item
 modo à fatigatione frigoris, ad
 quod necessarium est vestimen-
 tum. Rursum alio modo à mole-
 stia persecutoris, dum ob debilitatẽ
 nostrarum virium ac virtutis impe-
 dit nos à cultu diuino, ad quod ne-
 cessarium est, vt totos nos virtuti de-
 damus, quòd per eam vires accipia-
 mus: aut vt persecutorem fugiamus,
 dum amplius non sufficiunt vires
 nostræ, vnà cum eo quod Deus nobis
 ad hoc inspirauerit. Hæc tamen re-
 media

media vnà cum alijs omnibus, quæ etiam necessaria fuerint, procuranda nobis sunt læto moderamine: & quia Deus vult vt ea procuremus, quò talibus molestijs liberati, maiori quiete ipsi seruiamus, quanquam necesse fuit illas pati, quãdiu eas excutere nequiuimus: vtque ob ipsas gauderemus, eò quòd voluit Deus vt illas sustineremus, multas ob causas: quasdam manifestas, alias autem nobis occultas. Nescio sanè quo pacto Deus, etiam in hac vita, totum se non tradat ei, quem ita totum assumpsit pro suo. Quum autem certum sit quòd se illi tradet, beatà erit huius vita, nam cum Deus ad eò sit futurus illius, gaudebit semper de tanto suo bono & gloria, tanquam de proprijs diuitijs. O beatum populum qui nouit hanc iubilationem, neque enim vlla sunt verba quibus manifestari possit gaudium quod in corde suo sentit is, cuius anima non verbo, sed toto corde suo dicit: *O quantum possideo bonum, cum Deus qui mihi magis est ego, quam sum ipse e-*

go, adeo infinitum possidet bonum,
 quem iam video, & si imperfectè, sen-
 tior tamen, & pro me teneo, magis
 quam unquam quicquam pro meo te-
 nui, seu possedi. Absit à nobis, ut hoc
 credamus verbis explicari posse, sed
 dumtaxat ad nostrum propositum con-
 cludamus tantum bonum debere
 nos plurimum mouere, ne alio mo-
 do nostros sentiamus dolores, nisi
 prout nunc diximus, cum nos aliud
 nihil nobis ipsis cupere debeamus
 quam maiestas illa ordinauerit, &
 modo quo disposuerit, idque ratio-
 ne & modo prædictis. expedit au-
 tem, ut diligentissimè expendamus
 singula verba, quæ nunc dicta sunt,
 eò quòd sint maximi ponderis, &
 magnam contineant perfectionem.
 Prouidus ergo esse debet Dei seruus
 ut prædictis considerationibus sta-
 tim à se ableget innumeras pœnas,
 ac tristitias, quas huius mundi mise-
 riæ ac displicentiæ obtrudent. Ad
 quod sunt admodum necessarij actus
 sexto documento explanati, statim
 obijciendo ipsum nolle, ut ubi
 dici-

dicitur, idq; toties, quoties talis tristitia aut dolor occurrerit, aut, vt rectius loquamur, voluntate quisq; occurrere debet vt ea concupiscat vnde oriuntur illi dolores, poenae, & afflictiones. Nam dum hæc concupiscuntur cessat dolor, qui primùm ideo ortus erat, quod hæc odio haberentur. Est autem æquissimum, vt ea concupiscamus, vnde nobis contingunt huiusmodi molestiæ, tum quod de manu Domini proueniant, vt dixit S. Iob, tum quod nostris peccatis ea promereamur, tum quod inde plurima nobis contingunt commoda. Itaque ex his tanquam certa consequitur regula, quod fidelis Dei seruus & amicus adeo deberet aut expellere, aut ad Deum dirigere gaudium, & tristitiam, modo quo dictum est, vt nihil aliud ipsum occupare posset præter Deum, vt quò perfectè illud expelleret, in consuetudinem venire conaretur, ad suscipiendum aliquid poenale: & quoties aliquod delectabile, seu gaudium adferens contingeret, ad producendum actū

dolo-

Iob. 1.

doloris, seu tristitię: rursus è diuerso ad gaudendum, quoties aliquid penale ei contingeret. Et sanè iustum est, vt occurrēte dolore gaudeat, & gaudio occurrente doleat, qui Deum offendens, & illum ab anima sua expellens tradidit illā diabolo. In hunc modum intelligendū est quod dici solet: Gaudium pro pena, dolorque pro gaudio sint tibi sēper. Porro solus is perfectè illud adimplebit, qui apertiùs cognouerit omnia in se, & quo ad nos nihil esse, nisi quatenus ex se, aut à nobis in Deum diriguntur. Et quanquam vniuersi hoc se scire dicant, beatus tamē est in terris, qui istud perfectè cognouerit, & in veritate senserit.

*Gaudio
dolori, &
dolori
gaudio
medendū.*

Quoad spei affectum, considerandum est, hunc non idem esse cū virtute quæ spes appellatur. Siquidem ea quæ virtus est non omnibus contingit, eam verò quam dicimus animi affectum habent omnes: adeo vt naturalis sit, tam Christianis quàm ethnicis, in tantum vt quemadmodū his & illis naturale esse videmus

*Spei dicitur
crimen.*

gaus

*Nihil spe-
randum
præter
Deum.*

*Timor o-
mnis abij-
ciendus
qui ex
Deo non
est.*

Psal. 26.

Mat. 10.

Luc. 12.

gaudere, ac metuere, ita ethnicum
varia sperare videam⁹, sicut & Chri-
stianum. De hac igitur spe quæ non
virtus est, sed affectus omnibus con-
tingens, id annotemus, quòd etsi in-
clinatissimus, vt plurima frequen-
ter speremus, nihil tamen quod spe-
ramus in corde nostro residere de-
bet præter Deum, & ea per quæ ma-
gis putamus, nos Deo appropinqua-
re, vt Deo seruiamus: quicquide-
nim reliquum est, pro nihilo reputa-
re debemus, veluti nunc dictum est.
Quod si spem cuiuspiam rei videa-
mus, magis figi in corde nostro, quàm
beatitudinē aut virtutes, quas à Deo
speramus, statim hanc expelli oportet,
cùm apertè id contra debitum fi-
at ordinē. Pari modo de timore sen-
tiendū est, quòd omnis ille sit relin-
quendus qui de Deo nō est. Cuius ra-
tionem assignat regius Prophetad i-
cens: *Domine illuminatio mea & sa-
lus mea, quem timebo?* & post longa
tempora ipse Dei filius: *Nolite time-
re eos qui occidunt corpus: timeate au-
tem eum qui potest animam & cor-*

pus

perdere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete. Plurimum, inquit, metuere debetis Deum offendere, aut ad iram prouocare: non potest autem magis ad iram prouocari vel offendi, quam si peccato vestro de-
 is ipsi occasionem, vt corpus vnâ cum anima mittat in gehennam. Atque hinc est quod ait. *Heu vindi-*

Esa. 1.

cabor de inimicis meis. Iustissimum ergo est, vt hic Deus magnus ita timore filiali timeatur. Siquidem magis optandum nobis esset, vt nobis eruerentur oculi, quam aliquid committeret quod tãto patri ac Domino displiceret. Imò & alio quouis timore debet solus ille timeri, cum solus ille possit, vitam & mortem æternam inferre. Cætera omnia non est quod timeamus. Nam etsi in nos irruant, quæcunque mundi sunt calamitates, si eas non metuimus, nullo malo nos possunt afficere, quod verè malum dici possit. Quin potius si audacter illis occurrimus, gratoque animo illa recipimus, eò quod Deus ac redemptor noster cupit,

Solus

Deus ti-

mendans

cupit, vt illas toleremus, in memo-
riam eorum quæ ipse pro nobis su-
stinuit, augebunt in nobis dignitatē
gloriamque perpetuam. Itaque in
hoc præparati vt nihili reputemus,
aut potius vt in prætiosum ornamē-
tum æstimemus, quicquid molestiæ
in mundo est, si timor quispiam in
nobis irrepserit, statim voluntate
occurramus, ad ipsum repellēdum,
ne locum occupet, in quo Dei timor
reuerērialis, nobis necessarius, sem-
per locari debet. Ad hæc quoque o-
peræpretium est, vti sexto supra po-
sito documento. Profectò qui has a-
nimæ passiones ita rexerit, ac coer-
cuerit, sine passione viuet, illa pa-

Matth. 5.

ce abundans quæ pacificos,
appellari facit Dei
filios.

TER

TERTIA PARS HVIVS
libelli, de amore Dei & eorum
quæ ille amari iubet, cuius gratia
omnia priora præmissa sunt. Cō-
tinet autem tria capita, nempe
de Dei, proximi, & sui
amore.

CAPVT I.

*De Charitate, quæ est Dei amor, quæ
ta sit, & quomodo ad eam perueni-
atur, ac instructione quis in hoc fal-
sâ imagine decipiatur.*

QUum iam propositus sit mo-
dus, quo animæ nostræ clades
seu strages reparatur, æquum
est, vt nunc de Dei amore loquamur,
nempe igne quodam, quem semper
ardere vult Deus in altari animæ no-
stræ, ad quem amorem dirigebatur
prædicta reparatio, vt in eius initio
dictū est. Quod si quis nouerit, quan-
tæ dignitatis sit hic amor, videbit
parum esse quicquid de animi repa-
ratione ac emundatione dictum est,

G

quæ

qua tam sublimis res peragenda est. Siquidem tantæ excellentiæ est amor Dei, vt nemo beatorû, & quicquid creatum est, aut creari potest, opus vllû sublimius operari possit. Propter quod ipse Dei filius vocat hoc maximum & primum mandatû. Imò etsi omnis conatus, ac vires angelicæ simul & humanæ, in vno angelo, vel homine agglomeratæ essent, non sufficerent huius vires ad operandum quippiam sublimius quàm sit amare Deum. Neq; solum non potest peragi opus sublimius, sed nec sufficere potest, quicquid creatum est, aut creari potest ad huc Deum amandum, ea perfectione quâ exigeret eius bonitas ac dignitas. Quòd si adeò gloriosum, aut vt ita loquar) gaudiosum est, istud verbis exprimere, quanti gaudij, ac gloriæ erit re ipsa sentire, & longè magis hoc ipsum operari. Hoc est sanctum Dei opus, de quo loquitur beatus pater Franciscus in regula, adhortando fratres vt super omnia desiderare habere spiritum Domini, & sanctam

Matt. 22.

*Charitatis
excellen
tia.*

etiam eius operationem. Hoc sanctū
 opus, quod Deus semper operatur
 totis ac infinitis suis viribus, est, sei-
 psum tantum amare, quantum sua
 maiestas, promeretur, seu digna est,
 hoc est infinite. Nam ex sua infinita
 bonitate & excellentia, est iufini-
 tē amabilis, neque vlla est in cœlo,
 aut in terra excellentia, quæ non
 magis sua sit, quàm eius qui eam pos-
 sidet, & ex omnibus gloriam habet
 infinitam, eanque amat, & in ea gau-
 det, ac gloriatur, vultq; vt hoc ame-
 mus, recogitemus, & de eo gaudea-
 mus, cū æquitati nihil sit adeò cō-
 sonum, quàm vt omnibus viribus o-
 mnes amemus ac diligamus eum, à
 cuius amore nunquam cessare debe-
 remus, etiam si nobis vires essent in-
 finitæ. Deo ergo gratias agam⁹, quòd
 se infinite amando, suis viribus sup-
 pleat, quod à quolibet nostrum ipsi
 debetur. Semper illum amādo gau-
 deamus, qui tantæ dignitatis est, vt
 nunquā omittētes de ei⁹ excellētis
 gloriari, nihil sit quod agim⁹, si ad id
 cōferas quod meretur sua dignit. s.

*De⁹ quid
à nobis
postulet.*

Tantæ siquidem est Deus maiestatis & gloriæ, vt nihil ipsi sit opus nostris obsequijs. Quod si illa requirat, id facit, quod hoc nobis vtile sit. Id tantum cupit, vt ipsum amemus, & de bonis eius gaudeamus, hoc enim est sanctum eius opus. Vult ergo vt singuli totis suis viribus agant, quod ipse suis agit: quod reliquum est, ipse eo non indiget, imò ne hoc quidem, nisi quod bonum & iustum sit, nobisque gloriosum: atque idcirco in tantum id expetit, vt ob id animam suam posuerit, quò moriens nos ad ipsum amandum prouocaret. Porro quòd in scripturis sacris alia inueniamus, quæ nobis ab ipso iubentur, & expetuntur, hoc ideo fit, quòd adimicula sint ad amorem, & ea omittere magnum esset obstaculum eius amori. Neque enim aliud sunt vitia quæ prohibentur, nisi amor inordinatus rerum vanarum, quæ locum solius Dei amori deputatum occupant. Neque ad aliud seruiunt virtutes, nisi vt ad hunc amorem animam disponant, sur. et tamen ad ipsum ad-

*Vitia quid
sint & cur
prohibeantur.*

*Virtutes
ad quid
pro sint.*

ed

deò necessariz quòd magna esset
 praesumptio putare illum assequi,
 absque magno eiusmodi virtutum
 exercitio. Omnia autem quæ hîc di-
 cta sunt latius in sequentibus expli-
 cantur. Ut ergo de hoc sancto & pre-
 tioso amore loquamur, operæpretiû
 erit initio explicare varium modû
 amantium, simul iudicando eum qui
 sublimior est, què etiam aliquo pa-
 radigmate proposito inuestigare de-
 bemus. Pro hac itaque amantium va-
 rietate annotandû nobis est, id quod
 multorum experientia, cum ad ma-
 iorem peruenissent veritatis cogni-
 tionem, testimonio fuit, nepe quòd
 longo tempore Deum amauerit, tâ-
 quam dulcem, suauem, & qui se cõ-
 municaret, benefactorem, in cuius
 etiam obsequio delectabantur, fre-
 quenterque ab eo varia dona pete-
 bant, magna cum delectatione con-
 templationis magnificentiz eius, si-
 mul & cognitionis excellentiz vir-
 tutum, quas ab eo postulabant: sæ-
 piusque ad eû accedebant, tanquam
 ad fontem, in quo tantam suauitatẽ

*Amauisti
 Deû va-
 riaz speci-
 es.*

6 3 inueni-

*Deum a-
mare sen-
sitiui a-
more non
satis est.*

inueniebant, vt opinarentur nihil deesse huic amori, sed plurimum inesse sublimis meriti in qualibet rerum prædictarum. Siquidem opinabantur magnitudinem suauitatis ac dulcedinis, quam in sensitiuo appetitu percipiebant esse amoris magnitudinem. Atque vtinam quicumque Deum non amant vel sic eum amarent. Absit tamen, nec permittat eius maiestas, vt qui ipsum amant, hoc amore contenti sint, etiam si bonus sit, adeoque bonus vt sufficeret ad hoc, vt ad dies aliquot se in exercerent inchoantes, facile enim ex hoc peruenire possent ad sublimiorem quem statim trademus. Experimentum, quod fragilis sit ille amor quem prædiximus, est, quod is qui sic amat, protinus vbi deest aut discedit illa dulcedo, incedit delecto admodum animo in his quæ Dei sunt, adeoque vincitur animi fragilitatibus, ac si nihil propemodum habuisset illi amoris. Siquidem tantum procurat delectationes corporales, nempe suauiter edere, bibere, aliaque vana & suo

*Deum se-
sualiter a-
manti quid
accidat.*

ap

appetitui seruiencia, amicitias sensuales, honores ac fauores (quã nõ eo gradu quo mortale peccatum induceret) quantũ alius qui nõdũ gustare coepit quæ Dei sunt. Imò etiã frequẽter tẽpore quo dicta dulcedine visitatur, nonnullis capitur vanis affectionibus, & quæ interdũ sunt non parũ sensuales, tractus lepõre vel pulchritudine quarundam personarum. Rursum cupit videri, ac deuotus haberi, doletq; dum percipit se non pro tali reputari, neque gaudet dum intelligit alios haberi deuotione seruẽtiores, aliasq; similes cõtrahit maculas, quæ omnia sũt adedõ abiecta, vt ea secum non cõpatiatur sublimis ille amor, de quo statim dicturi sumus: etiam si dulcedinem illam non habeat. Concludam igitur huiusmodi amorẽ esse fragile, cũ sit amor eius qui amat ob propriam utilitatem ac dulcedinẽ. Explicemus tamen eius excellentias. Nam etiam si ipse fragilis sit, nihilominus ad duo plurimũ utilis est. Primum, q̃ is qui il. ù possidet, facile

*Ameris
in Deũ sã-
sitiui pro-
prietates.*

*Amoris
sensitiui
utilitas.*

Poterit à se abijcere prædictas maculas, & rerum vanarum amorem. Secundum, quòd talis proximè dispositus erit, vt multos producat actus sublimioris amoris (de quo statim locuturi sumus) (vbi ad illius cognitionem peruenerit.

Alius est amor sublimior, ad què nonnulli peruenerunt, si eius habuissent notitiam, & quantò amplius quis de eo obtinuerit, tantò eius anima maioris erit perfectionis. Hùc amorem magis describi conuenit verbis quæ declarent quid nos facere expediat, vt illum acquirere, ac retinere valeamus, quàm dulcibus verbis, quæ suauitatem, ad modicum tempus inducant. Non quòd significare velim amorem ad Deum crassis, quibus utimur, verbis exprimi posse, sed quòd certum sit, eum qui fuerit assecutus amorem qui verbis exprimitur, subleuandum à dulci amatore ad illum quem humana vires explicare nequeunt. Quædam autem huius amoris nunc trademus. Primū autem quid sit. Et quantum ex sacro

Amor perfectus in Deum verbis exprimi nō potest.

Euan-

TERTIAE PARTIS. 191

Evangelio vnà cum sanctis doctoribus colligere licet, dicimus esse op^o quoddam, vel actum quem producit voluntas, fortiter interdumque cum dulcedine, diligendo, seu cupiendo ut Deus sit, id quod est, possideat tantam gloriam, tantumque dominum, ac potentatum, quantum re vera possidet super nos, & super omnia, & quantum sibi ipsi habet: rursumque ut quicquid est vel esse potest, amet ipsum, seruiat ipsi ac glorificet, ob solam eius infinitam bonitatem & dignitatem, & quatenus eius maiestatis excellètia exigit, ut totis viribus id agamus. Hæc verba profunda sunt intelligentiæ, in quibus debet Indies frequentissimè meditari quisquis verè amat, ut recogitet quis sit Deus, & de hoc delectetur, rursù ut recogitet quantam habeat gloriã, quam vniuersale super omnes nos dominium, & de hoc gaudeat quem admodum gaudere solemus de nostrorum amicorum dignitate aut dominio. Adhæc optemus ut quicquid est in rerum natura, ipsi obse-

Amor perfectus in Deum quid sit.

Dei perfectè amanti quid cogitandum

*Amandus
est Deus
solū quia
Deus est,
& prop-
ter ipsum
causa.*

quatur, eum amet, id mille modis
cupiendo, ac centies millies procu-
rādo. Præterea mētis discursu mille
modos gloriæ, magnitudinis, & ob-
sequij quæ Deo debentur, meditādo,
vt ei omnes illos optemus, atque hæc
omnia quia Deus est, & ob solā eius
bonitatem. Nam id ostendit omnis
æquitas, quòd tantum dominum a-
mare debeamus modo excellentissi-
mo qui excogitari potest. Cū ergo
nullus sit finis sublimior quàm ipse-
met Deus, qui dicitur, & est omniū
principiū ac finis, consequitur quod
amari debeat, non potissimū ob id
quòd ab eo recipimus aut expecta-
mus, sed propter ipsummet, qui est
infinite amabilis. Hoc inquam volo,
quod plurimū annotandum est, vt
voluntatem nostram ita assuefacia-
mus, quod & nos præsentiamus, vt
moueat ad amandum, vtque dele-
ctetur in gloria ac diuinijs Dei sui,
non quòd dulcedinem percipiat ex
eius amore, neque ob dona, quæ vel
ab eo percepit, vel in posteram spe-
rat percipere, sed vt his veluti obli-
gationi

uioni traditis, amet illum tanquam dignissimum qui habeat omnes voluntates angelicas, & humanas in hoc occupatas, vt velint, ac delectentur quòd illa maiestas habeat omne bonum quod habet, etiam si nihil inde ad nos rediret, quanquam sanè tantò amplius ad nos redibit, quantò magis ipsum sine proprij boni nostri intuitu amauerimus. Porro hic sanctus amor initium habet, progressum ac perfectionem. Et quanquam initio non magna sui signa edat, quæ in anima sentiantur, est tamen etiam tunc maximi pretij, dabitque sui indicia post paucos dies, vbi incrementa assumere coeperit. Huius amoris experimentum certumque indicium est, quan-

*Amoris
sancti &
perfecti
tres gra-
dus.*

*Amoris
verae
perfecti
indicia.*

*Amoris
in Deum
perfecti
seruientes
effectus.*

tribuatur, præbetque ipsi animum ut diligentius ei seruiat. Castigatione non terretur, sed ipsam eo amore suscipit, quem expetit pia ac regia manus inferentis. Non supplicat, aut postulat attractus desiderio, aut suavitate petiti beneficij, sed ut anima sua virtutibus ditata viribus augeatur, quod ipsi Domino, qui ea præstat beneficia, diligentius ac feruentius seruiat. Non indignatur quod interdum videat se consolationibus desertum, dolens tamen si quippiam in ipso sit, quo tantæ maiestatis oculos offenderit, atque a deo sit ab eo separatus. Non postulat, ob id sibi ignosci, quod pœnam euadat, aut perditam gratiam seu virtutes, vel ius ad gloriam recuperet, sed quo anima eius, accepta venia, sit Deo grator, illumque amet, ac pura seruiat summo Deo suo creatori. Non habet qui eiusmodi est, vllam affectionem, quæ cor aliorum trahat. Non meminit, neque aduertit vtrum homines de eo cogitent. Non dolet, cum aduertit se nullo in pretio haberi.

Fugit

Fugit, ac tristatur, de exhibitis sibi honoribus, metuens ne sibi impedimento sint ad humilitatem. Gaudet de bono & honoribus aliorum, existimans quòd illis tanquam fortioribus, etiam honores erunt auxilio, ut feruentius Deo seruiant, cupientes absque vlla vanitatis fictione, ut alij à se bonorum operum exemplum sumant. Qui talis est, omnia habet, & nihil habet, omnibus sese submittit, & omnes ei seruiunt: omnem fugit suauitatem, & nihil sentit nisi quod ipsi suaue est. In Deo summo quem amat, cognoscit quicquid ipsi faciendum, dicendum aut cogitandum est, idque propter illum solum facit, dicit aut cogitat. Beatus est qui sic amat: huiusmodi enim viuens non est is qui viuit, sed Christus est qui in eo viuit, dans illi ut vita diuina viuat. Hic se amando, non seipsum amat, sed amat altissimum, cuius amore quoduis bonum desiderat. Quoniam autem exemplis res apertius exprimitur, operæpretium erit, ut vnum hic proponamus, ex quo, quan-

Galat. 2.

G 7 tum

*Exemplū
amoris
perfecti.*

tūm possibile est, conspicerē possi-
mus, quando Deum modo supradit-
cto amamus. Sit quispiam filius pa-
trem habens virum admodum pro-
bum, sed quo ad temporalia paupe-
rem, & obsequio egentem, à quo fi-
lius nihil bonorum expectat, nec eo
egeat, ac seruit hic filius patri, in tā-
tum vt omne gaudiū ac delectatio-
nē ipsi cupiat, potius quā sibi, ma-
gisque gaudet in patre delectari, quā
in seipso, & omnia honorem & gau-
dium spectantia, quæ facit aut quæ
ipsi offeruntur, in tantum gaudet
quòd offeruntur, quantum putat pa-
trem inde gauisurum: atque ediuerso
ex occurrentibus sibi afflictioni-
bus, magis affligitur, ob dolorem
quem inde concipiet pater, quā ob
suam ipsius pœnam. Ita vt dum hic
filius ægrotat, maiorem pœnam su-
stinet, ob afflictionem & dolorem
quem videt patrem perpetientem,
videndo filium ægrotantem, quā
ex suo ipsius dolore: cumque redit
sanitas, magis gaudet de gaudio,
quod inde concipit pater, quā de
ipsa

ipsa sua sanitate. Pari modo in rebus
 coram mundo adferentibus honorē
 quemadmodum sunt præstita à se
 stratagemata egregia militiæ, aut sci-
 entia, cupit ea cum laude peragere,
 ob id quòd pater hæc prospicit, & de
 his gaudet, magis quàm ob suum i-
 psius honorem: atq; è diuerso si hæc
 non debitè exequeretur, poenam in-
 de perciperet, magis ex eo quòd pa-
 ter tristaretur, quàm ob sui vitupe-
 rium. Omnem hanc voluntatem &
 amorem habet hic filius erga pa-
 trem, prouidens ipsi in omnibus
 quæ illi necessaria sunt, non alio
 intuitu, quàm ob magnum amo-
 rem, quem ab infantia habet erga
 patrem suum. Hoc exemplum debe-
 ret indies frequenter animo reuol-
 uere, saltem ad duos aut tres menses,
 is qui Deo seruire incipit. Nam in
 eo declaratur, quantum nostro ser-
 uito proposito, modus amoris veræ a-
 micitiæ, non propriū venātis cōmo-
 dum, quē nos seruare cōuenit. Pater
 noster æternus est Deus, nos autem
 eius filij ex magnifico ipsius dono.

Hic

*Accom-
 modatio
 exempli
 amoris
 perfecti*

Hic nostris bonis non eget, nos verò eius bonis carere non possumus: modo longè diuerso ab illo patre cum eius filio. Nam ibi pater egenserat, filius verò eius protector, atque ob id tantò magis æstimandus erat illi filij ad patrem amor. Nos ergo gaudemus, quòd tanta sit æterni patris nostri maiestas, vt nostri nequaquã egeat cognoscentes longè maiorem esse nostram ad ipsum obligationem, quàm illius filij ad patrem suum, sit noster amor saltem sicut illius filij, nostramque animam eò subigamus, donec gaudium nullum sentiat de omni bono quod agimus vel expectamus, nisi quatenus intelligimus Deo per hoc præstari obsequium. Et quicquid egerimus fiat magno cù gaudio, eo quod existimamus & re vera ita est, quòd maiestas illa id gratum habet, & omnis dolor, quem ex peccati infirmitate sentimus, sit ob id quod est contra illius voluntatem. Attestatur autem propheta in psalmis gaudere Deum ex nostro obsequio. *Beneplacitum est*, inquit, *domi-*

domino in populo suo, & Exultationes
 Dei in gutture eorum. Et quòd ex pec-
 cato nostro veluti dolens se habeat,
 ostendit scriptura dicens: *Pœnitet
 me fecisse hominem*. Aduertendum
 nunc est, quòd si aduersarius humani
 generis seruos Dei impugnare solet,
 quacunq; in virtute videt eos velle
 proficere, longè amplius eos impe-
 tet, dum eos cõspexerit venari sum-
 mum hunc amorem, de quo dixim?
 Inter varias autem impugnationes,
 ab vna admodum secreta, sed pluri-
 mum damni inferente, plurimi sunt
 oppugnati, de qua nunc mihi dicen-
 dum est, nempe tepiditate & animi
 refrixione, quam nonnulli sentiunt
 dum cogitant, audiunt aut legunt i-
 ipsum rei apicem seu caput, in quo
 consistit summus hic amor, nempe
 vt desideretur ipsius Dei esse, gloria,
 & omne bonũ eius, propter ipsum
 met Deum. Expedi autem vt duo
 circa hæc consideremus. Primum,
 quid sit quod rem tam sublimem te-
 pefacere possit, aut ad algorem de-
 ducere, cum sit diuinus calor. Secun-

dum

Gen. 6.
 Deũ per-
 fectè vo-
 lentibus
 amare,
 Demon
 multũ in-
 modũ in-
 sidiatur.

Tepiditas
 primus
 demonis
 impetus
 imperfe-
 ctè Deum
 volentes
 amare.

Duo con-
 tra tepi-
 ditatem
 considerã-
 da.

Simile.

dum, quod sit huic malo remedium
 adhibendum. Quod primum est, hac
 similitudine ostendemus. Nam si in-
 ducti ad videndum rem aliquā ma-
 ximi pretij ex defectu nostræ cog-
 nitionis res illa iam proposita no-
 bis videatur vilis esse, aut modicæ
 æstimationis, experimur indubiè
 frigescere appetitum, quo illam vi-
 dere cupiebamus, etiam si in reive-
 ritate eius sit pretij, cuius nobis fue-
 rat prædicata. Idipsum sanè nonnul-
 lis frequenter accidit in hoc ad Deū
 amore, dum & parum rem percipi-
 unt, & aduersarius illos impetit,
 quod præsertim ijs cōtingit, qui sua-
 uitate ac dulcedine, quam hic amor
 secum adferre solet, præuenti non
 sunt: qui audientes hunc amorem in
 hoc consistere, vt cupiamus, & intus
 in nobis sentiamus complacentiam,
 ex omni bono & gloria quæ in Deo
 sunt, vt hoc ipso capite dictum est,
 frigescunt, existimantes operationē
 hanc non ad eò sublimem esse, sed
 iudicant alias esse, aut haberi posse
 sublimiores, tam corporales quam
 spiri-

spirituales, imaginantes nonnulla,
 quæ sibi maioris esse pretij iudican-
 tur, quodque illas deceret tanti Dei *Temporis in*
 ac domini seruos operari, vtpote o- *amando*
 pera magnæ fortitudinis corporalis, *quæ causa*
 veluti turrim ingentem vnico impe- *fit?*
 tu diruere, aut vno gladij ictu decem
 cataphractos milites descindere.
 Rursum magnum scientiæ signum, vt
 si quis omnes ethnicos, adhibita li-
 cet ab illis omni mundana scientia,
 elingues redderet: aut alia quæuis
 magna opera, quæ in mundo magnæ
 sunt admirationi, qualia sunt ingens
 contemplatio, miracula operari, aut
 prophetare, quæq; ab ijs qui ita op-
 pugnantur, aut têtantur, maioris excel-
 lentiæ iudicantur, quàm animam sub-
 leuare, vt gaudeat in Deo esse omne
 bonum, & gloriam, quæ habet, ac
 proinde tepescunt in dirigendo
 quicquid ipsis in hac vita faciendum
 est, ad hoc duntaxat vt hunc assequã-
 tur amorem qui in eorum oculis nõ
 videtur admodum sublimis, quan-
 quam talem esse credant, eo quod sa-
 cra scriptura id asserat, & propemo-
 dura

dum de Deo admirantur, quod hunc
amorem præferat omnibus quæ fi-
unt, aut fieri possunt. Est autem ad-
uertendum, quòd quemadmodum
appetitus rerum nociuarum, & nau-
seabundarum, vt plurimum ex eadē
radice ægroto proueniunt, vtpote ex
palati infectione seu corruptione: ita
quoque de eo contigit, qui magni
æstimat signa illa magnæ fortitudi-
nis corporalis, aut scientiæ, & simi-
lium. Illum autem Dei amorem, de
quo diximus, videtur existimare nõ
esse tanti pretij, id enim prouenit ex
eo, quòd animæ palatum sit infectũ,
quemadmodum etiam quarto primę
partis documento dictum est: adiũ-
cta simul, vt diximus aduersarij op-
pugnatione. Non tamen ob id, vilior
est bonus cibus, quàm malus, ne-
que Dei amor minus præstans cate-
ris omnibus operibus, sed lógè præ-
stantior. Huiusmodi nihilominus
refrigescētia, ijs qui adhuc sunt fra-
giles, non parum adfert nocuenti:
neque enim vel operis magnitudo
eos inuitat, cum illam non percipi-
ant.

ant: neq; rei gustus vires eistribuit
 & hinc atque illinc prouenit, vt in
 opere vires deficient. Aequum est
 igitur, imò & necessarium, vt tanto
 medeamur incommodo. Cognita i-
 raque huius temporis causa, viden-
 dum est, quod sit adhibendum huic
 malo remedium. Primum ergo &
 communissimum remedium ad cu-
 randum hoc malum est, prouidere
 vt sanetur corruptus appetitus, vt
 prædicto quarto documento dixi-
 mus: statimque perspicient hi qui
 prædictum patiebantur teporem,
 priora illa opera, quæ ipsi admiran-
 da iudicabant, admodum abiecta ef-
 se si ad Dei amorem illa conferas. I-
 stud nos docet D. Paulus, qui cū sanū
 haberet palatum, scribens ad Corin-
 thios, dicit, ac iudicat cætera æqua-
 lia, aut maiora prædictis, opera, abs-
 que amore nullius esse pretij. *Si lin-*
guis, inquit, hominum loquar & ange-
lorum, & si distribuero in cibos paupe-
rum omnes facultates meas, & si tra-
didero corpus meū ita vt ardeat, cha-
ritatem autem non habuero, nihil sū,
 nihil

Remediū
 aduersus
 teporem
 animi.

1. Cor. 1. 3.

*Amor
Dei om-
nium præ-
cipuum.*

*Libertas
arbitrij,
& eius
vis.*

nihil mihi prodest, neque magnæ de-
bent hæc haberi æstimationis. Ac
deinde post hæc omnia loquens de
sublimibus operibus, seu virtutib⁹,
asserit omnibus præeminere chari-
tatem. Id ipsum dixit ipse Dei filius
Dominus noster, quemadmodum in
nitio huius capituli scriptum est, ma-
nifestum est igitur amorem, omnium
operum esse præcipuum cum absque
ipso cætera omnia nihil sint. Et sanè
absque longiori probatione nobis
satis esse deberet, quòd æterna Dei
sapientia, quæ errare nequit, istud
vult ac eligit, nobisque facere præci-
pit, præ omnibus quæ seu in cælo
seu in terra fieri possunt. Attamen de
remedio magis singulari prospiciën-
tes, quod de inexplicabili huius o-
peris, quod est amare Deum, magni-
tudine quippiam sentire faciat, ex-
pedit meo iudicio, vt id in hunc mo-
dum declaremus. Manifestissimè
verum est, nobilissimum quod Deus
in nobis collocavit ad operandum
esse liberum arbitrium, quo liberè
quiduis operamur. Huius itaque o-
pera-

peratio erit nobilissima quæ à nobis fieri potest in hac vita, nempe ut bonum aliquid esse cognoscentes, illud amemus. Est tamen aduertendum quòd & nos & simul nostrum liberum arbitrium parum admodum sumus. Si ergo illud sublimè reddere cupimus, ut opus eius magni sit pretij, non aliud est medium, quàm ut uniatur, ac fortissimè conglutinetur voluntati, quæ infinitæ est excellentiæ, eoque modo ipsum illi coniungamus, ut ad aliud nihil feratur, nisi quod infinita illa voluntas voluerit: tum enim ipsum velle nostri fragilis arbitrij erit infiniti valoris ac sublimitatis, cum relicto suo velle, habet velle illius infinitæ voluntatis, quæ Dei est: ille enim semper vult, amat, & gaudet ob infinitum bonum quod habet. Vult præterea multas ob causas, ut hoc ipsum velimus quod ipse tantopere cupit & amat. Primum, ob solam suam bonitatem, qua voluit ut abiectum nostrum arbitrium in tantam sublimaretur nobilitatem, ut haberet

*Voluntas
diuina
nostri ar-
bitrij est
nobilitas
& amo-
ris regula.*

ret

ret velle infiniti valoris, vt dictum est. Secundum, quia cum nos ad tantum bonum creauerit, æquum est vt aliquod ipsi præstemus obsequium. Quod autem erit obsequium quod ei præstare poterimus cum illa maiestas nullo nostro egeat obsequio, etiam si maximum sit, quod imaginari possit aut cogitari. Dicimus quòd, ne ociosi simus, cum Deus nullo egeat, nec maius bonum habere possit quàm nunc habeat, æquum est, vt tãquam obsequiosi serui qui gaudent de bono Domini sui, in hoc tota vita occupemur, vt de bono & gloria ipsius Dei gaudeamus, & certè facile quisque videbit admodum æquum esse, remque maximam, vt omnia tam cælestia quàm terrestria, ceteris omnib⁹ omissis, in hoc sèper occupentur, vt gaudeant de bono & gloria quibus Deus infinitè plenus est. Tertium item propter quod voluit Deus nostram voluntatem adiungi ac vniri ei quod præ omnibus ipse cupit est, eò quòd iustissimum sit, vt iam adhuc in terra positi quærere

inci-

Incipiamus voluntatem illam infi-
 nitam à cuius adimpletione proue-
 nit perpetua illa beatitudo, quam in
 caelis expectamus, quam iam in ter-
 ra possidere incipit is qui huiusmo-
 di ducitur amore: vt enim asserunt
 theologi *gloria est gratia consumma-
 ta*, hoc est, gloria est, charitatem hanc *Charitati
 respondet
 gloria.*
 in perfectione possidere, atque ita
 hic inchoatur, & in caelis perficitur.
 Operæ pretium autem erit istud ape-
 rire declarando quonam pacto in
 hoc amore perficiatur gloria illa
 coelestis, quod etiam principali no-
 stræ intentioni subseruiet, nempe vt
 huius amoris, de quo loquimur, ex-
 cellentia demonstretur. Ad quod
 annotandum erit, quod, etiam dili-
 gentissimè relegendum est: quod om-
 ne nostrum gaudium ex adimple-
 tione nostræ voluntatis prouenit. Et
 quantò magis nostra voluntas ali-
 quid desiderat, quãtoq; perfecti⁹ ad-
 impletur q̄ desiderat, tantò mai⁹ cōse- *celestis
 beatitudo*
 quitur gaudiū. Ad hæc cōsideremus, *n quo po-
 sua.*
 quòd beatitudo, siue perfectum in
 caelo gaudium, ex Dei visione pro-

H uenit

uenit, qui ipso momento quo videtur, in vniuersis qui ipsum vident perfectissimam cognitionem infundit, quòd ille dignissimus sit, qui bonum & gloriam infinitam habeat. Nam vt primum vident ipsum, omnes sunt sapientes ac prudentes, vt videat quisque quid sibi conueniat: cui cognitioni simul adiungitur ipsius Dei amor super omnia creata, vnà cum ineffabili desiderio, vt ipse possideat omne illud bonum & gloriam quibus dignus est: quod desiderium intensissimamque voluntatem cuiusque semper clara visio consequitur, qua nouerunt, aperteque videt illud suum desiderium longè perfectius adimpleri, quàm ipsi valeat comprehendere. Videt siquidè ac intelligunt Deum ipsum què tantoperè amat tanto bono & gloria decoratum, vt ob illius infinitatem, nec ipsi valeat perfectè intelligere, nec illi valeat defectus aut augmentum accedere gloriæ. Rursum tanto maius esse cuiusque gaudium, vt dictum est, quàm maius est desiderium, quantoque perfectius adimpletur.

pletur. Hic autem aperitur amplitudo gloriæ cuiusque beati, cum tam sublimi modo compleatur ipsorum desiderium, quo nullum potest esse excelsius: porrò desiderium illud est infiniti boni ipsius Dei, cuius maiori tenentur amore ac desiderio quam propriæ, quæ ipsis competit, gloriæ. O verè beatum illum qui in terra Dei esse, ac gloriam intima voluntate amauerit, & contemplatus fuerit, cum eo peruenturus sit, ut suum desiderium tam sublimi modo videat in cælo adimpletum. Quisnam est qui imaginari possit quantum suæ gloriæ hic dominus, sine eiusdem in se diminutione, tribuet ei qui in terra habitans, nihil aliud optauerit, nisi gloriam ac magnitudinem, quam maiestas illa possidet? Hæc omnia declarant id quod habet D. Paulus:

Neque oculus vidit neque auris audiuit, nec in cor hominis ascendit gloria magnitudo, quam præparauit Deus his, qui diligunt illum. Hoc autem dicit, eò quòd nemo concipere possit, quàm intimè hi, qui Deum hic

1. Cor. 2.

amarunt, optent in cœlo, velintque bonum quod Deus possidet & quàm sublimi modo in ipsis adimpleatur hoc desiderium, quantumque sit gaudium, tum de hoc tum de illo. Manifestum igitur est quantæ sit excellentiæ opus hoc amoris Dei, quanquam nec lingua sit, nec calamus qui ad plenum illud explicare valeat, quantum in se est. Prouisum etiam est de remedio tepiditati, quæ nouis in hac militia tyronibus posset occurrere, cum non tepiditas certè, sed potius diuini amoris incœdium subintrare deberet cor nostrum, non solum quoties de sancto hoc amore cogitamus, aut illum nominari audimus, verùm etiam quoties aliquid facimus aut cogitamus, quod nobis auxilio esse potest, quo ad illum disponamur, quemadmodum est quicquid ad nostram doctrinam conscribitur. Quis ergo iam declarauerimus, quisnam sit eximius ille Dei amor ad quem nati sumus, operæpretium erit, ut iâ tractemus, quantum aut quoties in hoc amore nos occupare debeamus.

Et

Et quanquam breuiter dari possit *Quanti sit*
 responsio, quòd semper, aut innu- *amor in*
 meris, eadem etiam hora vicibus, si *Deum.*
 fieri possit: attamen quo viuidius
 sentire valeamus, quàm continuè sic
 amare deberemus, expedit vt aduer-
 tamus quòd si commendanda est cõ-
 mutatio, qua quis vnus horæ labo-
 rem subiret, aut daret modicum nũ-
 mum argentum in redemptionem
 mille hominum à Mauris captiuato-
 rum, absque vlla comparatione me-
 lius collocatum haberi debet, vt idẽ
 aut alius quiuis homo mortem susti-
 neat, imò & mortes innumeras, vt a-
 lius quispiam vel minimo temporis
 spatio Deũ amet, si absque illa mor-
 tis seu mortium perpeffione haberi
 non possit ille amor, vel illo breui
 temporis spatio, idque adedò verum
 est, vt non solum hoc locum habeat,
 dum is qui sic breui illo temporis
 spatio Deum amat, per eum amorem
 coelestem nancisceretur gloriam:
 verum etiam si certi essemus, ipsum
 alijs varijs in Deum obsequijs, absq;
 illo breui temporis amore gloriam

obtenturum: quod hinc ostendi potest. Nam maius bonum in se habet breuis ille amor, quàm mali sit in omni tolerato dolore eius, qui etiam millies mortem oppeteret. Præterea incomparabiliter adhuc maius erit bonum, si consideremus quod breui illi amor debetur augmentum gratiæ, ac proinde etiam augmentum perpetui amoris cum gloria cælesti.

*Amoris
præmium.*

Quantum autem illud sit bonum, cognoscere poterit, qui intellexerit quanta sit diuini amoris magnitudo. Hoc autem cognito, clariùs elucet quòd semper aut innumeris vicibus, adeò sublimem operationem operari debemus, vt hic quod nostrum est agentes, viribus crescamus ad operationem in cælo: vbi qui gloriam consecuti sunt, tantò sublimiùs amant, quãtò in terris magis amarunt. Quod si excelsum hunc Deum innumeris vicibus amare debemus, eò quòd inæstimabilis bonitatis sit hic

Negligentia humana.

actus amoris: nunc conuertamus nos vt nostram consideremus negligentiam ac malitiam, & videamus quã

ama-

amare de flere deberemus omne vite
 nostre momentum, quod absq; hoc
 amore pertransijt. Rursum quanto
 adhuc amarius de flere deberemus
 quicquid nos ab hoc amore disjunctum
 sit, cuiusmodi est peccatum: quod
 si mortale sit, inimicus es capitalis,
 ac penitus huic amori contrarius:
 si verò veniale, teporem ac remota
 tantò bono inducit. Ad hæc ad-
 uertamus quanta sit dignum repre-
 hensione, si non intimè gaudeamus
 de omni eo, quòd ad hoc bonum nos
 potest promouere: cuiusmodi sunt
 iniuriæ, vilipensiones, & quæuis per-
 secutiones. Atque è diuerso, si non
 summè doleamus quoties huic bono
 aliquod nobis præstetur impedimè-
 tum, puta humani fauores, & quæ-
 uis delectatio, aut complacentia
 temporalis. Sanè tam reprehensibi-

*Impedimèta cha-
 ritatis.*

le est nos non gaudere siue dolere
 de his quæ iam diximus, quantò as-
 perius esset, millies mortem sustine-
 re, quàm iniurias seu persecutio-
 nes quas humana malitia solet
 inferre: aut tristitias, quas sentire

possemus, dum humanos fauores aut
alia, quæ delectationes nobis adfer-
re solent, fugeremus. Rursum ne in
tam præclaro itinere quippiam no-
bis impedimento sit, annotandum
est, quòd si interdum ob debilitatem
corporis; aut quia nondum in anima
tantam virtutem consecuti sumus,
quanta esset necessaria ad toleran-
das aduersitates necesse fuerit fuge-
re persecutiones, eorumque socie-
tates qui nos malis afficiunt; aut pro-
curare vel suscipere nonnulla deli-
cata seu sapida, vt id faciamus inten-
tione actuali, euitandi maiora mala,
plurimumq; eo ipso dolentes, quòd
fugiendo aduersa recedamus ab eo,
quod nos promouere posset ad tan-
tum bonum, quantus est Dei amor;
quodque illa delectabilia assumen-
tes omittamus illa aspera, ad quæ ob
nostræ negligentia malitiam obli-
gamur. Deberemus quoque id ipsum
facere cum humili ad Deum ac Do-
minum nostrum prece, qua suppli-
ces ab eo peteremus, vt virtutem in
corpore & anima nostra roboraret,
quo

quo acceptis viribus ad resistendum
 fragilitati, ob quam ex defectu no-
 stræ virtutis necessarium nobis est
 fugere huiusmodi persecutiones,
 aut quæ delectabilia sunt suscipere,
 absque vlllo impedimento dispona-
 mur, vt dictum est, ad excelsum ipsi-
 amorem. Vt autem clariùs cognos-
 camus quanta reprehensione dignæ
 sint negligentia, quibus ab hoc pre-
 cioso amore deficimus, non parum
 proderit videre & annotare secun-
 dum caput secundæ partis, nempe de
 nostri ipsorum odio, quod fundamé-
 tū est ac primaria dispositio ad Dei
 amorem. Itaque amore Dei, rursus
 dico, amore Dei, recogitemus ac pō-
 deremus. Et quia non sunt nobis in
 terris bilances, quibus id continuè
 ponderari valeat, petamus à Deo, vt
 de cælo nobis prouideat: faxitque
 Dominus ne vnquam fatigetur vita
 nostra ab hac re pensitanda. Ex om-
 nibus his notandum est quantæ sit
 dementiæ, non procurare excelsam
 in cælis gloriam, cum illius gloriæ
 sublimitas amoris amaritudini de-

*Oratione
 charitas
 rimatur.*

*Charitas
est obliga-
tio.*

beatum. Quod etiam si nobis curæ non esset magnitudo gloriæ, quæ nobis destinatur, plurimum tamen obligati sumus curare, ut assequamur magnitudinē amoris: quod facti gloriosi, semper amemus eum, qui dignissimus est ab omnibus summè amari. Ut autem videamus quomodo frequenter amare valeamus, potissimum cum deserit nos ille gustus siue dulcedo, quæ solet ex se ad amandum incitare: huic malo remedium adfertur sexto documento, ubi ostenditur concessum nobis esse à Deo, ut possimus hoc vel illud velle quoties libet. Ex his omnibus aduertat prudens Christi seruus, quantā faciamus iacturā, eamque irrecuperabilē, quotquot temporum momentis Deum amare possemus, & illud omittimus. Quod si dolendum est dum quis sua negligentia magnarum dignitatum aut terrenorum thesaurorum facit iacturam: quanto tristius est (cum lōgè maior sit iactura) omittere, vel ad vnicum momentum amare Deū, etiam si nullum concurrat peccatū.

*Neglecte
charitatis
iactura.*

Ad-

Aduertamus quòd peritissimus etiam artifex, nullum facit lucrum, nisi dum in suo operatur artificio: & ita nec Dei seruus fit locupletior in amore, nisi dum speciales producit actus ipsius amoris. Consideratis his quæ iam dicta sunt, de hoc tam sublimi amore, quisque meritò scire cupiet quam rationem habebimus aut quidnam agemus vt illum obtineamus. Priusquam autem hoc dicatur aut aperiat, animaduertem⁹ multos in hoc errasse, quòd putantes negotium compendio perficere, statim in exordio voluerunt plenè in Dei amore exerceri, non præmissa ad hoc sufficienti præparatione. Siquidem illum intuendo, aut aliquid de eius magnitudine subodorando, visus est illis tantæ amœnitatis hortus: vt, non considerantes, nec ingressi inter quod ad talem amorem præscribit sacrum Euangelium, de quo in hoc tractatu dictum est, non per ostium ingredi, sed aliundè insilire voluerint, dumque sibi non prospicerent, inuenerunt se deuiantes,

*Via ad
charitas.*

tes, & absque vlllo itinere. Potens quidem est Deus, vt quemcunq; voluerit vnico saltu in editissimo loco constituat, metuendum est tamen ei qui insilijt, eò quod interdum putabit se à Deo ductum esse, cùm sua tantum præsumptione ductus sit: quem admodum de eo fieri existimamus, qui, relicta via euangelica, statim vult in huius sublimis amoris terminos insilire. Neque hoc tamè volumus, vt qui ad hunc excelsum amorem se præparant, initio illum penitus deserant, sed ne in exordio ita se totos in illud proijciant, vt obliuiscantur præparationis ac itineris euangelici, quod filius Dei nobis tradidit. Tantò enim certior erit præparatio, quãto sublimiùs se quis in Dei amore collocauerit, per exercitia quæ nobis tradidit euangelium, & iam dicta sunt esse ad illum amorem necessaria. Debet itaq; humilis seruus, qui tam pretiosum liquorem in anima sua excipere nititur, quò suauitate gloriæ excelsum Deum suum glorificet, multis diebus

*Fugiendus
amor sui.*

bus primum se exercere in his quæ
 supra scripta sunt, & præ omnibus
 ut à seipso sese extricet. Vbi autem
 ritè, aut sufficienter saltem, in eo se
 exercitatum viderit: si Deus ac Do-
 minus noster in benedictionibus
 dulcedinis succurrerit, magno erunt
 ei auxilio, ut cum facilitate amet.
 Quod si desit, aut etiam dum sese of-
 fert hæc suauitas, industriè illi ope-
 randum est in hunc modum. Breui-
 bus in memoriam reducat quæ grã-
 de sit bonum & gloria quam Deus
 habet, considerando illum ut opti-
 mum, & dignissimum, ut de eius bo-
 no omnes gaudeant: statimque incli-
 net voluntatem ut id cupiat, & de
 tâto bono Dei sui gaudeat, persistat-
 que in eo velle quantum potuerit.
 Quod si aliquantum in hoc distra-
 ctus aut tepesfactus fuerit, rursus
 statim ad eundem modum se cõuer-
 tat: & ita quantum sibi fuerit, possi-
 bile, non omittat producere actus,
 quibus cupiat seu amet bonum illud
 quod habet Deus, & in animo fre-
 quentissimè gaudio exiliat, confide-

*Exerciti-
 tio ad
 charitatẽ*

*Amoris
actus vt
existant.*

rans Deum infinitis bonis plenissimum. Ex magna autem huius exercitij continuatione, necessum est vt ad excessum amorem subleuetur. Nec aliud est frequenter amoris actus producere, quàm si quis eadem hora referri audeat plurima sui singularis amici stratagemata, aut exhibitos ei honores eximios, & de quolibet eorum gaudeat: quodlibet illorū gaudiorum, ex affectu ad illū procedentium, dicitur actus amoris. Cum ergo Dei honor & gloria sint infinita, & infinita excellētis, similiter quicquid agit aut creat, & horū quodlibet singularem eius referat dignitatem ac honorem: neque sufficiant vniuersa vitæ nostræ momenta, vt illas audiamus aut consideremus, debem⁹ saltē illas sub nomine boni & gloriæ infinitæ accumulare, & voluntatis actus producere, inclinando eam vt cupiat, & de hoc omnibus vitæ nostræ momentis gaudeat, cum hoc illi longè magis quàm vlli alij amico debeamus, cum ex magnifica quoque eius beneficentia tanta pars glo-

glorię eius in nos resultet. Possit autem quis ad eum se in his actibus exercere (etiam si desit illa dulcedo quam appellant deuotionem) ut in omni loco & in omni negotio frequenter Deum amaret, non quęsit ad hoc loco secreto, aut noua sui sequestratione: quemadmodum indies contingere solet, quod gaudeat amicus dum audit recenter accidisse bonum alteri suo amico, qui de hoc subito gaudet, non quęrens aliud tempus, locum aut sequestrationem, vnde eo gaudeat. Ad prædictos actus plurimum conducit, quod scriptum est secundo & sexto documentis, & capite de sui ipsius odio. Vnde colligere licebit quonam modo debeant hi actus produci, quodque omne illud fieri debeat, eò quod dignissimus sit Deus, ut propter ipsum illud faciamus. Neque videri debet labor aut remoratio, ob ista recurrere ad prædicta documenta, nam vbi paucis diebus id actum fuerit, facile poterit quis operari, etiam ad ea non recur-

recurrens. Videbitur fortassis alicui
 modus facilius quo perueniri possit
 ad hunc amorem, si ille feruenter à
 Deo petatur per modum orationis,
 qui scriptus est capite de oratione,
 vnà cum virtutum exercitijs, de qui-
 bus iam diximus. Et si rectè inspiciat-
 ur, propemodum idem est, attamen
 breuiùs ac sublimius eum asseque-
 tur is, qui vnà cum tali oratione sese
 iuuare nouerit actibus sexti docu-
 menti, quod & in oratione, & extra
 illam contingere solet, quemadmo-
 dum ibi declaratum est, & similiter
 nono capite de quatuor animi affe-
 ctibus. Nam in quolibet actu illorū
 inuenitur nouum obsequium & au-
 gmentum. Et cum interdum contin-
 gat vt aliqui annitantur hos actus a-
 mandī & cupiendi bonum & gloriā
 Dei producere, omnesque suos actus
 & motus in eius obsequium reduce-
 re, inueniant tamen ad hoc volunta-
 tem valde hebetem esse: vt huic ma-
 lo remedium adferatur, credamus id
 nobis prouenire, eò quòd desit san-
 ctum nostri odium, quod nos redē-

*Actus a-
 moris
 quid im-
 pediat.*

pro-

prior noster docuit, de quo supra di-
 ctum est partis secundæ capite secū-
 do: aut quòd hæreat quispiam affe-
 ctus ad rem aliquam terrenam, velu-
 ti amor non necessariæ delectatio-
 nis, aut affectus ad aliam personam
 non rectè ordinatus. Qui ergo se ita
 hebetem inuenerit, diligenter de-
 bet in se huiusmodi defectum vel
 affectum perquirere, illumque con-
 trarijs actibus auferre, quemadmo-
 dum capite sequenti dicitur, & mul-
 tis antea locis dictum est. Neque e-
 nim aliud est velle inclinare volun-
 tatem vt producat actus amoris Dei
 super omnia, non obtento priùs san-
 cto ac pretioso sui odio, aut perma-
 nente affectu ad aliud quippiam ter-
 renum, seu quiduis aliud, quod dele-
 ctationem adferat, in Deum actu, aut
 saltem virtute non ordinatam, quã
 malleo ea velle discindere quæ re-
 quirunt nouaculam, aut cultrum,
 vel ensem acutissimum. Certè volū-
 tatem quæ producere habet actus
 veri ac sinceri amoris, adeò acutam
 esse oportet, vt penetret quicquid
 obie-

obiectum fuerit, donec ad Deū perueniat. Huiusmodi autem voluntas etiam in quiete & sine labore, mille imò lōgè plures amoris actus in die producet, quorum vel minimus tanti sit meriti, vt solus hominem ad excelsum in cœlis gloriæ gradum eleuare sufficiat. Et contrà qui per voluntatem modico inordinato amore, vt dictum est, hebetem aut obtusam, conatur erigere se, vt amoris actus producat, huic adeò difficile est amare, quam malleo diuidere: sublimitas enim perfecti amoris re adeò vilem & abiectam secum non patitur. Neque admirari debet quispiam, quòd ad hunc obtinendum amorem tanta hic ponatur circumspectio, dicēs multos illum obtinuisse, non adhibitis tot cautelis, neq; hac ratione seu methodo. Nā & si multi ipsum sint affecuti, priusquam hæc scriberentur, qui tamen rectè perpenderit, quid redemptor noster voluerit cū diceret vniuersam legem ab amore pendere, apertè percipiet neminem via communi illum esse

asse

affectum, absque his ipsis rationi-
 bus quæ hîc scribuntur, quæ non a-
 liæ sunt quàm quæ ex sacris literis e-
 liciuntur, iuxta sanctorum doctorû,
 quo ad hoc argumentum, declarati-
 onē, quas Deus dominus noster sua
 magnifica beneficētia parvis ac ma-
 gnis suis electis manifestat, qua etiã
 beneficentia dignata est eius boni-
 tas disponere, vt paucis in modum
 artis seu methodi nuncia vnum re-
 ductæ iungerentur, scripto omnibus
 proposita: vt in crescente nostra fra-
 gilitate abundaret facilitas cognos-
 cēdi, id quod nobis erat ad eò neces-
 sarium. Quod si qui instent, asseren-
 tes se hunc amorem affectos abs-
 que his rationibus seu medijs, pro-
 spiceant ne fortassis sit frigidus aut
 debilis ille amor, de quo post huius
 capituli initium dictum est: qui cū
 patiatur varias secum inesse macu-
 las, vt ibidem proponitur, non mi-
 rum est si absque methodo par-
 uoque labore obti-
 neatur.

CAPVT II.

De amore qui proximo debetur, nēpe eo modo quo nos Christus amauit, & quo pacto cognoscatur nostrum amorem esse propter solum Deum, cū multi in hoc fallantur.

Quemadmodum caput de Dei amore post illa quæ præcesserant ponebatur, eò quòd ipsa ad eum assequendum erant accommodata: ita hoc caput vnà cum sequenti ponuntur post illud caput de Dei amore. Nam vt bonus sit amor quem habemus ad proximum, de quo hoc capite dicendum est, & quem ad nos ipsos habemus, de quo sequenti capite agetur, necessum est vt ab ipso Dei amore procedat. Pro his ergo quæ de proximi amore dicenda sunt, annotanda est quædam regula quæ potest operi cui libet applicari: nēpe quòd is qui Deo semper placere cupit, duo aduertere debet. Primum, quid ille nos velit agere: Secundum, quemadmodum velit vt hoc faciamus. Parum enim ageret qui face-

Duo in amando proximo seruanda.

ret

ret quod cupit Deus, nisi etiam eo modo faceret quo ille vult ut fiat. Excellentissimum opus quod vult ut operemur, est ut se amemus, & de se recogitemus: si tamen id non eo modo faceremus quo ipse fieri cupit, & quo priori capite declaratum est, non esset illi gratum, aut magna remuneratione dignum. Aliud huic simile opus, quod nos Deus agere cupit est, ut proximum amemus: sed quantumuis Deus id fieri exoptet, nisi illum amemus modo quo Deus id fieri cupit, non assequemur sublimia illa præmia eorum qui rectè amant, ut habet D. Gregorius. Nam etsi huic modo amandi non aduersetur sacra eloquia, quasi peccatum esse iudicent, ita tamen non fit per eum, quomodo Deus fieri cupit. Hoc est, inquit maiestas illa, præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Expediit ergo ut aliquantulum aperiamus quo modo ille nos amauerit, ut intelligamus in quem modum velit ut proximum amemus. Amauit nos supremus hic Dominus, deducendo

ut amandus proximus.

do

do nos ad sublimem sui amorem, amavit nos inducendo ad toleranda huius mundi aduersa, nunquam lazando frenum ad vana huius seculi oblectamenta, supra id quod necessum foret ad corporis sustentatione: amavit nos moriens, vt daret nobis virtutes & gloriã. Et hoc amãdi modo fuit omniũ maximẽ amori dedit: inimicissimus autẽ omnis vani amoris, quo nũc amatores inuicẽ se prosequũtur forisq; ostẽdũt, qui admodum dilutus est. Faxit autẽ Deus ne infectius sit voluntatis, quã, vt tẽplum Dei sit, creata est. Certum est quod si animam talis amor non inficeret, non dixisset Dei filius. Qui nõ odit patrem & matrẽ & fratres & sorores, non potest meus esse discipulus. Itaque inuicem nos amare debemus, & eo modo quo prãceptor noster nos docet, abiectis cunctis alijs vanitatibus, quã amori se immiscere solent, quarum vnã quã spirituales personas magis concernit, hic proponamus. Offeritur persona quãpiam, quo ad animam, ^{virtuti} dedi-

dedita, quo ad corporalem praesenti-
 am & conuersationem, grata & fa-
 ceta. Huic personae afficiuntur non-
 nulli spirituales, in tantum ut corde
 in eius amorem captiui teneantur,
 sitque molestum huiusmodi perso-
 nam non videre, non alioqui, non
 agnoscere in ipsa reciprocum erga
 se amorem. Vanus est hic amor. Un-
 de apud quosdam ortum est, ut mag-
 num subirent laborem, parum tamē
 proficerent, & exiguum Dei obse-
 quium exhiberent. Praestabit autem,
 ut eius vanitatem, quò apertè cun-
 ctis pateat ostendamus, quòd hac fie-
 ri poterit comparatione. Est tibi for-
 tassis amicus qui habet seruū, amor
 huius serui amici tui ita cor tuum
 detinet captiuum, ut longè magis te
 delectet cum ipso conuersari & col-
 loqui, quàm cum amico. Si dicas a-
 morem hunc, quo seruum perseque-
 ris, esse propter amicum, quis non
 ridebit? Nam etsi fieri potest quod
 inchoat⁹ sit amor eò quod hic amici
 seruus esset, ex quo tamē adeò hic a-
 mor increuit, ut magis te delectet ser-

Exempla
 vani a-
 moris.

ui conuersatio quam amici, manifestum est quòd nunc illum non ames propter amicum, sed quia suavis & grata tibi est eius conuersatio. Proinde certum est pari modo, risu dignum esse, dicere propter Deum esse amorem illum de quo antea loquebamur, etiam si fortassis partem habeat amoris spiritualis: sed ei qui verè Deo addictus est, non satis esse debet partem Deo tradere, sed totum, ita vt totus affectus in Deo occupetur, aut in aliquo quod totum ad ipsũ dirigatur. Abijciatur ergo quicquid vnum est in eo amore, cum certè id in Deum ordinari aut dirigi nequeat, id quod in creatura magis amatur, quàm in Deo & creatore. Amor noster erga omnes tanto affectu ferri debet quantus procedere potest ex affectu quem ad Deum habemus, abiectis vniuersis alijs affectibus, vt locum habeat is quem Deo debemus. Ad illa autem abijcienda non parum proderit id quod nono capite secundæ partis de vano gaudio continetur, vnà cum sexto documento.

mento. Quum ergo iam in parte di-
 ctum sit qualis esse debeat noster a-
 mor, & quo pacto abijciendus sit qui
 eiusmodi non est, expedit vt hic adij-
 ciamus paradigma, quod hunc amā-
 di modum aperiat, cui rei proderit
 ad memoriam reducere bonum illū
 filium, de cuius erga patrem amore
 priori capite dictum est, ad cuius si-
 militudinem colligebamus quomo-
 do excelsum patrem nostrum amare
 conueniat: ita & nūc videamus quo-
 modo ad huius imitationem debeat
 mus patris nostri seruos amare, nepe
 vniuersos qui in mundo sunt amicos
 & inimicos. In illo ergo paradigma-
 te addamus patrem illum adeò ama-
 tum à filio suo, qui tamen nihil vn-
 quam expectat à patre commodi, ha-
 bere famulum quem vnice diligit:
 attamen cum nec sibi necessaria ha-
 beat, nisi quantum ipsi dat filius, ita
 nec suo famulo. Hic, inquam, famu-
 lus odiosus est, nec vlla in re utilis
 bono illi filio, qui si se tantum qua-
 reret, famulum illum ablegaret, at-
 tamen nolens vt patri molestū quip-
 iam

piam accidat, sed potius quærens quicquid ipsi delectabile esse potest, nullo alio respectu inductus, in sua domo illum sustentat tanquam vnū filiorum, aut charissimorū famulorum, & ita illi loquitur, eumq; pertractat: vt etiam si domum vellet relinquere doleret filius, rogaretq; ne egrederetur, veritus ne pater de illi' absentia cōtristaretur. Ex hoc amore hanc eruiamus eminentiam quòd ex patris amore omninò oritur, talemq; oportet esse amorem quem ad proximos habere debemus, nem-

*Amor Dei
in homi-
nes.*

pe vt considerantes quòd à Deo tantum amati sint, quòd pro ipsis morti se tradiderit, cū omnes adhuc eius essent inimici, omnes eos tantū amemus, subueniendo eis in omni eo quòd bonum est, quòdque ipsis tū quo ad corpus, tum quo ad animam necessarium est, quantum amare solemus eos qui nos plurimū delectant: idq; etiam si ipsorum conuersatio nobis odiosa sit ac molesta: & ita illis loquamur, eisq; in omnibus necessarijs prouideamus, tanquam

quam ijs qui ab illo patre ac Domino nostro plurimū diliguntur, qui ita vult ac fieri iubet. Et hæc omnia facere debemus tanta, tamque ferventi voluntate quam possumus, eò quod hoc sit Deo maximè gratū, vultque ut id faciamus, & est hæc infinita eius voluntas ut ita à nobis fiat. Aduertant potissimum qui Deo placere desiderant, quòd quisquis nos iniuria afficit, magnā præbet occasionem, ut in Dei seruitio crescamus: nā post hæc, quæ superuevit, magni boni occasionem, iunctā cū Dei præcepto, qui ita vult: quā excusationē habebim⁹, si eos qui nos malis afficiunt, nō intimis & ardentibus amantibus visceribus, potissimum dū cōsideramus quòd & Deus ipse à tali nostro persecutore fortassis suscipiet postmodū sublimia obsequia, quæ admodum cōtingit circa varios alios peccatores. Non debet ergo haberi bonus Dei seru⁹, qui nō gaudet afflictibus vel iniurijs, quæ sibi pro domino suo inferuntur. Si ergo foelicem existimet, quando ipsū iniurijs & aduersitatibus appetitū,

*Cur amant
diuinioc.*

sola Deo seruiendi volūtas facit nō minus esse stabilem in amando eum, quem suus inordinatus affectus redderet odiosum, quā illum quē beneficiorum abundantia amare compellit. Aduertendum tamē est, quòd et si amor esse debeat æqualiter ad vniuersos, primum tamen exhiberi debet affectu, bonis que operibus erga eum qui virtuti deditus est ac beneficus.

Licet omnes, boni tamen sūt prius amandi.

CAPVT III.

De amore cuiusque ad seipsum, & quomodo se amare debeat qui verè se amare cupit, it em de modo laudandi Deum, illiq; gratias agendi.

Amor nostri naturalis est.

AD eò naturale est amare nos ipsos, vt qui de hoc cupit doctrinam tradere, absq; metu alios ad iram prouocandi loqui possit, cum ad eò creuerit appetitus in amore quem ad nos ipsos habemus, vt etiam si magnis opibus ditatissimus, parua à nobis iudicentur, eò quòd ad maiora nos ipsos amemus. Atque

ob

e-
 d-
 e-
 n-
 od
 v-
 ri
 r-
 de-
 no-
 d-
 an-
 no-
 do-
 etu
 of-
 a-
 vt
 us,
 od
 que
 ob

ebid filius Dei præceptor noster e-
 ximus, cupiens vt proximos nostros
 plurimum amaremus, tanquam po-
 pulum, pro quo animam posuerat:
 vt paucis verbis ostenderet, quantū
 illos à nobis amari vellet, dixit: Di-
 liges proximum tuum sicut teipsum.
 Verū cū peccati cæcitas adeò nos
 inuaserit, vt auferret iudiciū ac sci-
 entiā quomodo amare deberemus,
 operæpretiū erit vt huic malo pro-
 uideamus, iuxta quod sacrum euan-
 galium prouidet. Hunc itaque dice-
 mus seipsum amare, qui tria hæc ob-
 seruat. Primū, vt totis viribus quid-
 uis procuret, vnde intelligit sibi bo-
 num aliquod prouenire posse. Secū-
 dū, vt omne illud deuitet, quòd po-
 test sibi damnum aut malū adferre.
 Tertium, quòd, etiam si ad obtinen-
 dum bonum sese difficilia offerant,
 non recuset se illis obijcere, & of-
 ferre. De his tribus cum in superio-
 ribus frequenter mentionem feceri-
 mus, pauca dūtaxat attingemus, quæ
 magis necessaria sunt, vt nos ipsos a-
 mare discamus. Quò ad primum ho-

Matt. 22.

*Vt nos ip-
 sos ame-
 mus tria
 sunt ob-
 seruanda.*

rum trium, annotabimus illū cano-
nem omni momento admodum ne-
cessariū, ad hoc vt quod bonum est,
efficiatur valde bonum, nempe quòd
quacunq; in re: rursum repeto,
quòd quacunq; in re in vniuer-
sum loquendo quam concupiueri-
mus, aut obtinuerimus, duo conside-

*In quacū-
que re duo
considerā
da.*

*Bonum
aliquod
quomodo
debemus
nobis op-
bare.*

rari possunt: Primū est bonū quod ex
ea re nobis contingit aut contingere
potest: alterum quòd Deo gratum
est, vt huiusmodi bonum nobis pro-
ueniat. Itaq; qui se amat, magna que
bona sibi desiderat, debet parui æsti-
mare bonū quod sibi ipsi potest con-
tingere, ex omni eo q̄ facit aut desi-
derat, illud inquā, parui reputare de-
bet, quatenus iū ipsius bonum est, si
ad secundū illud conferatur, nempe
quòd Dei sit obsequiū, & sanctæ eius
volūtatis adimpletio inde redūdās:
& huic rei seruit secundum docu-
mentum antea traditū. Aduertamus
quòd quisq; dum se amat, summè cu-
rat aut ornamenta, aut vniuersam e-
tiam supellectilem suam meliorare,
si huiusmodi non sint, qualia esse cu-
peret

peret: & eo modo facere debet qui
 se spiritualiter amat. Siquidē Deus
 dominus noster pretiosum ornāmē-
 tū seu margaritū nobis cōtulit, quo
 omni tempore nos ditare valeamus,
 nempe appetitum. Hoc margaritum
 cupro aut stanno cōlatū habemus
 dum quippiam ad nostrum bonū aut
 utilitatem propriam appetimus, nec
 quiescere vnquam debemus donec
 dextera Dei excelsi fiat eiusmodi
 immutatio, vt noster appetitus qui
 in nobis semper agitatur, propriam
 aliquam exoptans utilitatem, iā ea
 tantū curet, quibus Deus delecta-
 tur, potissimum quod tale sit, vt non
 modo Deus illud velit, sed & nos ipsi
 ex eo magis ditemur. Siquidem quō
 magis nostri proprii commodi obli-
 ti fuerimus, vt diuinæ gloriæ recor-
 demur, tantō ille amplius curam ha-
 bebbit nos omni bono ditandi. O ob-
 litionem dignam perpetua memo-
 ria. O recordationem æternæ gloriæ.
 O amorem pretiosissimum, qui ho-
 mines deos efficit. De hoc siquidem
 amore intelligendum est quod dicit

*Appetitus
 nostri im-
 mutat.*

Psal. 131

I 4

D. Aug.

D. Aug. Si Deum amas, Deus es. Nam ego dixi, dij estis: Vt ergo tam subli- mem nostri amorem obtineremus, voluit Deus noster vt in eo, in quo mundani sese amare solent, nos ipsos odio haberemus. Et hoc vult dum in sacro euangelio iubet vt nos ipsos odio habeamus, veluti in superiori- bus secundæ partis secundo capite declaratum est. Præter hæc omnia e- um qui se verè amat præmoneo ne fatis illi sit suauitas, quam percipiet in obsequijs Deo à se præstitis pro- pter expectatam gloriam. Nam & si bona sit hæc suauitas, vt dictum est capite primo huius tertiæ partis, illâ tamen Deus non in eum finem tri- buit quò in sola ipsa quiesceremus, sed vt per ipsam deueniamus ad gu- stum percipiendum in consideratio- ne boni, gloriæ, ac dominij, quæ De- us ipse possidet, vtque magno animo ipsum laudemus. Neque enim aliud est speciosa laus Dei quam vt gaude- amus referre vniuerso mundo mag- nalia Dei, & Domini nostri, quem- admodum in psalmis & in vniuersa scri-

LUC. 14.

*Verus a-
mator*

*Dei nõ in
suauitatis
dulcedine
conquies-
cit.*

*Verũ ser-
ui Dei
gaudium
quale esse
debet.*

scriptura dicitur, & sicut videre est
in vniuersis rebus creatis. De quo &
de omni re quam retulerimus, dix-
erimus vel audierimus, nouum gau-
dij motum sentire debemus: qualem
mundani sentiunt, dum laudari vi-
dent eos quos plurimum diligunt,
aut seipsos. Quū ergo illi vanè gau-
dent de laude, quæ ipsis non debetur,
æquum est, vt Dei seruus summè gau-
deat in eius laudibus, quem cæli &
terra satis laudare non sufficiunt.

Præterea is qui seipsum vero amore
prosequitur, cum intellexerit se à
Deo aliquod accepisse beneficium,
debet ex intimis visceribus illi gra-
tias agere, non quòd seipsum magis
locupletatum videat, sed quòd se ro-
bustiorē & aptiorē videat ad præ-
standum Deo aliquod obsequium.

Quemadmodum si quispiam primo-
rum regis famulorū gaudeat, quòd
magnum à rege perceperit benefi-
cium, vt ex maioribus opibus possit il-
li maiora & gratiora præstare obse-
quia, absque respectu aliorum bene-
ficiorum aut donorū. Nec aliud est

*Deo gra-
tias agere
quid sit.*

Deo gratias agere (quod plerique ignorant) quàm internus animæ actus, quo is qui donum vel beneficium ab illo accepit, recognoscens Deum esse dominum infinitum, à quo emanat omne bonum, gaudet de omni Dei gloria, quòdque ex tali dono se videat aptiorem, vt illum magis amet, & ei obsequatur. Et quò magis quod dictum est dilatetur, cum res magni sit momenti, annotabimus quod præter eam recognitionem & gaudium quæ nunc diximus, quolibet accepto beneficio debemus Deo offerre omne id quod sumus: in nostra ipsorum voluntate nos annihilando, quò nos totos corpore & anima exhibeamus in eius obsequium, producendo tunc magnos actus, quibus ob maximam Dei potestatem ac bonitatem gaudeamus: vnde nobis illud prouenit beneficium pro quo nunc habemus illi gratias. Vtq; clariùs intelligamus quod nunc dictum est debere nos ipsos annihilare, volo per hoc significare, quòd cū semper crescere possimus in nostri ipsorum

Nos annihilare debere in conspectu Dei offerendo nos ipsos.

imm-

imminutione, aut nostri ipsorum de-
spectu, debemus quoties Deo gra-
tias agere volumus, de suis benefi-
cijs singulari modo nos ipsos immi-
nuere, quò melius nos totos suæ ma-
iestati exhibeamus. Debet itaq; Dei
seruus sibi admodum præsens esse,
vt quoties de accepto aliquo benefi-
cio gratias Deo egerit, is animi mo-
tus, eaque voluntas, quibus gaudet
de accepto beneficio, actu procedât,
vt supra tetigi, ex eo quòd sibi inde
accedit, vt magis Deum amet, illiq;
seruiat reiecta à se consideratione
boni, quod inde cognoscit sibi ipsi
accedere, quò sic fiat robustior in so-
lius Dei amore, & gratiores reddan-
tur ipsæ gratiarum actiones. Opus
est autem apertos habere animæ o-
culos, interdum enim hæc contin-
gent, non sine quibusdam defecti-
bus, & opinabimur omnia ritè per-
acta esse. Fundamentum autem su-
mit quicquid modò dictum est, in eo
quod dicere solent theologi ac phi-
losophi, quòd is qui grat' esse cupit,
debet benefactori aliud opus re-
ferre

ferre tanti aut maioris pretij, quam fuerit id quod accepit. Quum ergo omnia bona nostra à Deo acceperimus, quicquid in eius obsequium præstare possumus parum est etiam ad minimum suorum beneficiorum. Debemus itaque illi saltem de ipsis gratias agere modo iam dicto, idque quanto conatu nobis fuerit possibile. Hoc ipso motu intellectus ac voluntatis, omni que preparatione iam dictæ nostræ exinanitionis, debemus in dies singulos Deo agere gratias, ob tantum præstitum nobis beneficium: nempe quod acceperit sibi illa maiestas tantum bonum quantum habet. Eisdem ac simili modo in dies illi gratias agere debemus ob beneficium incarnationis, ac redemptionis nostræ, totiusque humani generis. Deinde ob beneficia Virgini Mariæ præstita: hoc est, quod considerantes huius summa bona eiusque gloriam prædicto motu de hoc Deo gratias agamus, tanquam de beneficijs præstitis Heroidi, quam tanto opere amamus, cuique adeò debitores sumus.

De quibus beneficijs Deo quotidie sint agende gratiæ.

sumus. Eodem modo singularissimè,
 saltem semel indies Deo gratias age-
 re debemus ob præstita beneficia v-
 niuerso beatorum curiæ cælestis ce-
 tui: & singulariùs ob gloriam ijs be-
 atis præstitâ, ad quos specialiùs ho-
 norandos magis inuitamur, cum ob
 maiorem illorum gloriam, tum ob
 nostram ad illos deuotionem quales
 sunt diui Ioannes Baptista, & Euan-
 gelista, Petrus & Paulus, cæteri que
 nostri patroni, vnâ cum angelo no-
 bis ad custodiam deputato: singula-
 res agendo Deo gratias, vt dictum
 est, ob quemlibet horum beatorum,
 seu ob præstita ipsi beneficia. Consi-
 deranda quoque nobis sunt benefi-
 cia, quæ à Domino recipiunt quot-
 quot in hoc mundo viuunt, potissi-
 mum hi qui nos iniuria afficiunt, &
 de omnibus his gaudentes, ob id sin-
 gulares gratias agere Deo nostro
 potentissimo, à quo procedit omne
 bonum. O quam verè seipsum amat,
 qui semper occupatur in prædicta
 gratiarum actione: nam pro suo as-
 sumens, quodcunque bonum omni-

*Agenda
 quoque
 gratiæ
 Deo pro
 beneficijs
 ab ijs ac-
 ceptis qui
 nobis ad-
 uersantur.*

*quis verè
 seipsum a-
 mat.*

bus cæteris præstitum est, inestimabili modo facit crescere suum proprium bonum, imo & suum facit omne bonum alienum: tantoque magis accrescit suum bonum, quanto magis solo Dei amore gaudet, & de omnibus illi gratias agit, absq; vllò respectu talis incrementi. In his autem postremis verbis consistit summum quod exigitur, vt gratæ Deo agatur gratiæ. Vt autem certò ita agamus, expedit maximè assuetos esse, vt omnia nostra faciamus, prout supra continetur secundo primæ partis documento.

Amanti quod affertur damnum præter peccatum nihil est.

Quò ad secundum, nempe vt qui se amat, omne damnum aut malum euitet, absit vt qui se rectè amat, aliud existimet esse quod dānum adferat, præter peccatum, aut occasionem peccati.

Amorem verum vt consequamur nulli labori parcendū.

Tertium erat vt omni labori ad hoc obtinendum necessariò sese obijciat: hoc est vt se omnino exercent in his quæ prædicta sunt, potissimū in secundæ partis secundo, octauo & nono capitibus. Præter illa tamen quæ

ibi

si continetur, comodum visum est, adiungere hoc loco in modum paradigmatis rem aliquatam molestam, quae licet sese frequenter offerat, est tamen admodum necessaria ad obtinendum hunc verum amorem. Indies contingit, ut aliquid dicamus, aut faciamus, unde videmur confusionem nacti, quodque illi qui id audierunt aut viderunt nos vilipendent, siue id contingat ex defectu aliquo naturali: puta si male concionati vel male locuti simus, aut male cecinerimus, aut aliud quodcunque fuerit: siue ob aliquam motum effrenationem, ut in temperiem in gestu vultus, aut verbis iracundis, & ita in ceteris. Qui se verè amat in quolibet talium contingentium, duo considerare debet. Primum confusionem ipsam quae in hoc casu sibi offertur. Secundum, prauum exemplum malè de ipso iudicandi, aut, idem imitandi, quod alij fortè inde assument. Quò ad primum, nempe confusionem, comune in tali casu refugium omnibus esse solet, quo seiplos consolantur & animantur

Qui deficiunt ut plurimum quotidie contingunt.

In defectibus quotidianis duo sunt consideranda.

con-

Qui frigidè se amant quid facere soleant circa propriam confusionem.

Perfectiores sui amatores quid in confusione propria faciant.

considerantes cæteros illud, factum aut dictum fortassis nõ ad eò aduertisse, quantum ipse qui fecit, aut dixit, existimat: aut si ita aduerterunt, quòd & cæteri frequenter incidunt in similes defectus, siue quòd iam istud obliti sunt. Hæc faciunt qui se frigidè amant. Qui autem solidè se amant, modo opposito faciunt, nempe magno amore confusionem illã amplectentes, considerando quòd cæteri ipsos vilipendent, iuxta communem mundanorum consuetudinem, quòdque ipsos modicè virtutis esse existimabunt, & homines nulli rei vtilis: quæ omnia vehementem patientiæ, & humilitatis actum conficiunt: quorum, vt supra diximus, etiam pauci sufficiunt ad producidos excellentes habitus, etiam si taceamus, quòd quolibet talium actuum qui in Deum referuntur magnũ præstatur ei obsequium. Quod si attenti simus indies nobis operis, aut cogitationis offertur occasio, qua hæc agere possumus, quæ omnia perdunt nonnulli, sine methodo & negligent-

Nigenter vitam deegentes, etiam si se
 deuotos esse existiment. Quantum
 autem singulos horum actuum æssi- *Remissio-*
 mare debeat is, qui verè se amat, be- *res quam*
 ne annotet Dei seruus: tum ad hunc *multa*
 locum, tum ad varia iam prædicta *merita*
 sese conuertens, in quibus de his vo- *perdant.*
 luntatis actibus fit mentio. Illud au-
 tem inueniet ad medium primi ca-
 pitis huius tertiæ partis.

Alterum quod prædixi, debere
 considerari, in prædictis aut simili- *In dato*
 bus casibus quæ confusionem addu- *malo exē-*
 cunt, est, prauum exemplum quod *plo quid*
 cæteri possunt inde accipere. Et quã- *fieri de-*
 tum ad hanc spectat considerationē, *beat.*
 debet Dei seruus statim actum dolo-
 ris producere eò quod fortassis mali
 occasio fuit, aut minoris quàm par *Verus a-*
 fuerit Dei obsequij. Et ita qui se a- *mator sua*
 mare nouerit, ab vno & ab altero *quis.*

lucrum referet. Itaque eum qui hæc
 omnia habuerit dico seipsum ama-
 re. Nam omnem suum amorem in
 Deum referens & à seipso, cæterisq;
 omnibus abstrahens, vt ad Dei amo-
 rem sit capacior: & in hac vita læ-
 tius

tius viuet, & in coelis maiorem habebit gloriam, etiam si id alio intuitu facere non debeat, nisi propter solum Dominum, cuius magis sumus quàm nostri, & cui magis debitores sumus quàm nobisipsis, cui etiam magis curæ sunt, quæ nobis conveniunt quàm nobisipsis: quique magis laboravit ut daret nobis vitam, quàm nos ut illam haberemus.

Concludentes itaq; nostrum hoc opusculum, duobus substantialibus peccatis illud epilogo comprehendamus. Nempe beatum illum esse, qui omnes suos motus, & opera propter solum Deum fuerit operatus, quemadmodum declaratum est. Beatum rursus illum, qui in anima sua validè firmaverit multiplicitatem actuum, qui toto hoc libello referuntur: quos exactè nosse debet tyrannulus, qui hac methodo rectè uti cupit, qui autem in Dei obsequio magnus est, frequentissimè debet illos in opus deducere, cum magni valoris esse nequeat: rursus dico, esse nequeat obsequium, quod non actu

adiun-

*Beatus est
in terra
quis.*

*Actio
quælibet
nisi propria
quædam
voluntatis
affectione
feratur in
Deum, ex
igni valoris
est.*

adungatur alicui voluntatis actui,
 pro ut varijs documentis & capituli-
 bus hic sparsum traditum est. Legant
 igitur omnes hanc Methodum, legant
 eam nouerunt, quo facilius va-
 leant meminisse, quo pacto sibi ser-
 uari velit altissimus. Legant qui non
 nouerunt, quò pertingant ad tam
 sublimem scientiam, certò enim cla-
 rissimè perspiciet, qui rectè iudica-
 uerit, quòd qui ipsa usus fuerit, vno
 anno plura, perfectioraq; Deo præ-
 stabit obsequia, eorum, quæ magni
 estimanda sunt ob magnum auxi-
 lium quod illius instructione perci-
 piet, quàm decem annis is qui nõ fu-
 erit adiutus ea, aut alia simili, si De-
 us Dominus noster eam ipsi dare vo-
 luerit. Istud autem comprobatur ex
 magna quam fatentur omnes esse in
 mundo necessitate librorum, sancto-
 rumque verborum quibus doceamur:
 quò ad hoc conscriptum sit sacrum
 euangelium, & quicquid boni in
 mundo est. In hac autè Methodo sin-
 gularissimè proponitur, quo pacto
 possit sublimi modo in opus dedu-

*Pij librè
 ad perfe-
 ctionem
 necessarij.*

*Hæc Me-
 thodus
 praxis est
 non theo-
 ricæ.*

ci quicquid in illis scriptum est. Pre-
terea id ostenditur multorum con-
fessione, qui existimabant se antea
sufficiētem habere Dei amorem iu-
xta humanam fragilitatem, quodq;
ei seruirent ad ipsius voluntatem:
lecta autem hac Methodo affirma-
runt, nunquam propemodum se illi
seruisse, nunc verò vno die plus ipsi
seruire quam antea in decem. Id au-
tem amplius experientia manifesta-
bitur eorū qui frequentius hæc re-
legētes operari voluerint modo hic
tradito, nempe vt operentur, sem-
perque operentur ad laudem & glo-
riam magni illius ac potentissimi
Dei & Domini nostri, cuius magna-
lia, bonumque supernum, toto cor-
de & intimis visceribus laudent

omnes creaturæ in sæ-
cula sæculorum,

Amen.

FINIS.

SPECVLVM IL-
LUSTRIVM PERSO-
NARVM, OLIM HISPA-
nico sermone à fratre Alphôso Ma-
driliensi editum, in gratiam cuiusdâ
dominæ Marchionissæ: nunc verò in
Latinû versum à F. IOANNE HEN-
TENIO Mechlinisi, sacræ Theolo-
giæ Professore, ac cœnobij fra-
trum Dominicanorum
Louanij mode-
ratore.

PROLOGVS.



*I*IVS Paulus à summo
Deo in vas electionis ele-
ctus, in quo diuitias ac
doctrinam vniuerso mû-
do recondere, interdum alijs manife-
stabat defectus quosdam, quos ex hu-
manæ conditionis miseria experieba-
tur. Id autem cum vera animi mode-
stia agebat, ne nos admiraremur, dum
quisque nostrum eosdem defectus in se-
ipso conspiceret, sed potius à diuina
manu omnium bonorum largitrice re-
me-

Defectus
alijs ma-
lestè ma-
nifestare
iuvat.

Cap. 7.

Voluntas
ad bonum
perficien-
dū debi-
litata.

Vitam
hanc vite
nomē mi-
sime me-
reri.

Veram
vitam
spiritualē
esse &
Deo ser-
uire.

medium postularem, totis in hoc ipsū
& nostris viribus coadiuuantes, & si-
mul eorum quos existimarem ad ob-
tinendum huiusmodi remediū posse no-
bis suffragari. Inter alia autē qua glo-
riosus hic Apostolus nobis manifestat,
est id quod ad Roman. scribit, cum ait:
Velle adiacet mihi, perficere autem bo-
num non inuenio. Voluntas mea, inquit
ad multa bona se extendit, seu ea exo-
ptat: non inuenio autem me tantum
boni operari quantum cuperem, imō
sentio me ad illud perficiendū imbecillē
esse. Hoc ipsum, illustrissima domina
quāquā alijs verbis, memini te mihi di-
xisse impulsā magno remedij desiderio,
magnaq; anxietate, quod in eo inueni-
endo tantam videres difficultatē. Di-
cebas inquam hanc vitam non iudicā-
dam esse vitam, cum omnis boni adeo
egena sit: quod quē admodum abiecti
sit animi non querere vitam qua verē
vita sit, qualis est spiritualis, qua Deo
ac Domino nostro gratū prestatur ob-
sequiū. Petit itaque à me dominatio
tua, vt breuem aliquam formulam cō-
scriberem, qua vitam posset dirigere

con-

conformiter ad bonā voluntatē, quā Dei
 a Domini nostri beneficio iā habebat
 ad seruiendū diuinā maiestati. Hāc a-
 deo bonā & equā iudicauit petitionem,
 vt ad illā in opus deducēdā decreuerim
 hoc opusculū conscribere, ad quod prae-
 standū malui considerare summa bonitatis
 eius, qui largitur omne bonum, quod
 intellectū meū sit illuminaturus, quam,
 non obtemperare tua Dominationis
 praecepto, cui multis sum astrictus no-
 minibus: etiam si me excusare potuis-
 sem ob multos defectus qui ad hanc rē
 in me sunt. Et quoniam, vt idē Paulus
 nos docet, spiritualis doctrina dari de-
 bet iuxta cuiusque conditionem, sicut
 & cibus corporalis (vnde & manife-
 stū euadit eū qui alios spiritualiter in-
 struere voluerit, debere eorū qualita-
 tes aduertere quibus cū loquitur) pro-
 pterea decreui, cū singulariter hoc o-
 pusculum tua Dominationi dirigā illud
 inchoare, sumpta veluti pro fundamē-
 to, speciali obligatione, quam prae alijs
 habet persona in sublimitate cōstituta
 seruiēdi Deo, & exquirendi ac sequēdi
 vitam spirituale. Generosum enim cor

Spiritualis
 instructor
 quid de-
 beat age-
 re.

Personae
 in digni-
 tatē con-
 stituae
 debet ple-
 beias in
 obsequio
 diuino
 praecue-
 re.

ipsa

ipsaq; magnanimitas, quæ ipsis singula-
 riter competit, eos ad id inuitat; Hoc
 vbi tribus capitibus ostenderimus, scri-
 bemus quod vniuersos, & has tamen
 potissimum illustres personas respicit,
 quò viuunt secundum virtutem. Quæ om-
 nia ad summi Domini nostri Iesu
 Christi, eiusq; intemeratæ matris glo-
 riam singularemq; tuæ dominationis
 ædificationem inchoãdo, poterit hic li-
 bellus inscribi Speculum illustrium per-
 sonarum. Quadratur sanè speculi nomen,
 eo quod qui exactè se in eo perspexe-
 rit, clarè intuebitur in facie seu vultu
 suo spirituali quas habeat maculas, po-
 teritq; faciem eandem his, quæ in spe-
 culo hoc continentur, decorare. Qua-
 dratur etiam quod additur illustrium
 personarum. Siquidem illarum vitæ
 magis relucere decet quàm aliarum, &
 ob id semper illas conuenit ob oculos
 habere huiusmodi speculum, in quo se-
 per possint & seipsos & quotquot præ-
 sentes sunt, aut sibi subditi conspiciere:
 nempe quo pacto vtrique debeant al-
 tissimo seruire. Nam, vt statim initio
 declarabitur hos magis quam ceteros

De

Deo seruire decet, & subiectos ad id
 iuuare. Aequum etiam est, vt hi in a-
 nima sua eum habeant ordinem, quem
 continè verbo & exemplo suis procu-
 rare debent. De quibus omnibus non-
 nulla in hoc opusculo tractabuntur.

CAPVT I.

De magnanimitate qua illos qui in
 mūdo sublimiorem statum seu gra-
 dum obtinent, singularius mouere
 debet vt Deo seruiant.

QUum omnes ad id conditi fi-
 mus, vt perpetuum regnū &
 gloriam possideamus, ac pro-
 inde in hoc equalem obligationē ad
 virtutes, quæ vt via ad regnum du-
 cunt, omnes habeamus: multa tamen
 sunt quæ hos magis quàm illos ad
 hanc ipsam virtutem obligent. Et
 præsertim videtur ad illam non pa-
 rum obligare maior horum quam
 illorum ad bonum inclinatio: Si-
 quidem rei difficultas quæ defectū à
 virtute aliquatenus excusare solet,
 in his qui prauam habent inclinati-
 onem

*Omnes ad
 virtutem
 tenentur
 propter
 finis no-
 stri præ-
 stantiam.*

*Propensio
 naturalis
 ad bonum
 magis ob-
 ligat ad
 virtutem.*

K onem

*Viri pri-
marij,
magis ad
virtutem
tenentur.*

*Peccato
nihil ab-
iectus in
orbe.*

onem indicat illos magis esse culpā-
dos, si virtute careant qui bonam na-
cti sunt inclinationem, atq; ita ma-
iorem habere ostenduntur ad illam
obligationem. Inter virtutes ad v-
nam cæteris generosiores, magis-
que regalem, videntur personæ ma-
gis illustres, aut in sublimiori huius
mundi statu constitutæ maiorem ha-
bere inclinationem. Hæc est magna-
nimitas, cuius est dedignari sese ad
abiecta deijcere, sed maxima per-
agere ac procurare, quales sunt veri
magnique honores. Vnde manifestè
consequitur, quod cū nulla in mun-
do res magis abiecta sit, quam pecca-
tum, nihil quæ maioris excellentiæ
& magnanimitatis, quā virtus, ma-
gno ducendum est vituperio in hu-
iusmodi personis, si ab aliquo vicio
se vinci permittant: & ab nobiliori
vita, quæ virtutum est discedant. Est
tamen animaduertendum, quod in-
clinatione ad hanc magnanimitatis vir-
tutem in hoc mundo maximè obscu-
rata, ac pessundata est humana cæci-
tate. Nam etiam si multi natura sint

magna-

magnanimi, quia tamen magni- *Homini*
 faciunt huius mundi prosperitates, *etiam pri-*
 ac honoris obliti longè sublimio- *mariora*
 ris honoris ipsius virtutis, maximæ- *præposte-*
 que fortitudinis quæ in hoc cōsistit, *rum iudi-*
 ut quis seipsum superet, summi que *cium.*
 præmij quod in cælo paratum est ijs
 qui in hac vita se sæ vitæ spirituali
 dediderunt: his inquam, omissis, in- *Vera for-*
 firmum huius mundi procurant, in *tudo in*
 quo toto corde totisque viribus oc- *quo con-*
 cupantur, illa ob suam cæcitatem *sistat.*
 magnificentes: illud verò, in quo
 potissimum consistit hæc magnani-
 mitas, propemodum nihili reputan- *Homines*
 tes. Sumunt autem prætextum huius *munda*
 insanæ complacentiæ, dicentes quod *nos quid*
 hic viuendi modus in vsu sit apud il- *excitare*
 lustres ac sublimes mundi personas, *soleat.*
 aliud verò reputatur abiectum, nec *Qui Deo*
 prospiciunt, quòd qui prudentes in *non serui-*
 mundo sunt, ipsos irrideant: sicut & *unt licet*
 summi principes cælestes, cunctiq; *diuites*
 eius aulæ curiales quorum minimus *sunt aut*
 maiorem habet regium apparatus, *honorati*
 quàm vniuersa regia Cæsarea huius lu- *viles*
 ni mundi, quæ viculus dūtaxat est, *sunt &*
abiecti.

& hos ita fallit. Ex prædictis manifestum est, re vera plurimum abiectos esse eos qui magni habentur in hoc mundo, si vniuersas suas vires non occupent in spiritali vita seruitij summi sui regis, à quo sublimia illa beneficia obtinere possunt, quæ adeò corde desiderant. Manifestum quoque est, hos maiorem habere obligationem ad hanc magnanimitatis virtutem, & ad omne id quod ex ea procedit, ac proinde rectè etiam dici potest quod ob hanc obligationem, magnumque animum, magis ad eos pertineat omnis doctrina quæ vitam spiritualem concernit, quam ad cæteros, quorum exigui animi se non erigunt vt res tam arduas ac sublimes desiderent, & procurent. Sanè si admodum reputaretur abiectum, quòd magnus quispiam dominus in hoc occuparetur, vt minuta quædam grana saccari, quæ à lance in terram decidissent, colligeret: longè abiectius est animum collocare in vana delectationum, huiusque mundi prosperitatum dulcedine, cum certum sit

hinc

Illustriores homines ad virtutem cur magis quam plebei tenentur.

Collatio.

hinc consequi obliuionem: imò & perditionem maximè sublimis honoris & gloriæ, propter quæ datus est eis magnus ac generosus animus quem habent. Horum omnium quæ prædicta sunt, clarum dedit exemplū vniuersis suis aulicis generosus ille & clarissimus rex vniuersæ coelestis ac terrenæ curiæ Iesus Christus Dominus noster, dum offerens regalem suam personam, innumeris iniurijs & afflictionibus eam exposuit, propter coelestia magnalia: magnoque animo despexit regna mundi, cum ipsi offerrentur, & quouis alio tempore. Nescio sanè quo titulo vocet se illustrem in mundo dominum is, qui in procurandis huius mundi honoribus vitam insumit, cum regem suum videat mortem oppetere, quò ipsum à vano mundanorum honorum amore liberum redderet, & ad caelestes transferret. Rursum nescio quo pacto se inter magnates audet connumerare, qui cor suum ad res adeo abiectas demittit, cum re ipsa plurimum alienæ sint res abiectæ à perso-

Vt Christus sic homines etiam illustres mundi regna & opes respicere debent.

*Matt. 4.
Ioan. 6.*

*Peccatum
cur abie-
ctum.*

*Nihil nos
magis læ-
dit quam
peccatum.*

nis sublimibus. Hæc magnanimitas deberet singulariter personas nobiles inducere, vt nūquam peccarent, cum peccatum res sit maximè abiecta, eò quod aduerfetur fidelitati quam Deo debemus. Profectò nulla lingua, nec manus aliena adeò potest iniurijs nos afficere, quantum culpa, quam nos ipsi indies committimus, nos deturpat coram Deo, cui semper præfentes sumus. Hæc ipsa quoque magnanimitas efficere deberet, ne nobiles vel sentirent quancunque aduerfitem, à quocunque proueniret, cū illa neminem prudentem amplius lædere possit, quam ipse animo æstimare velit. Verus autem & magnanimus rerum æstimator pro magno malo nō ducit quicquid animam non contingit. Nam omne quod reliquum est, vbi iam habetur, debet obliuioni tradi, vbi autem transijt, non magis nos mouere debet, quàm id quod ob suam vilitatem meretur obliuioni tradi. Ad omnia quæ supra dicta sunt debent magnates quibuscunque modis

dis

is possunt, inuitare subditos, idque
 varijs rationibus. Primum, eò quòd
 ita fecerit summus rex, ac Dominus
 magnorũ & pusillorum. Secundum,
 quòd potissimum ob id sit eis datus
 principatus, ac dominium quod pos-
 sident in terra, cum ad hoc dispona-
 tur omnis bona gubernatio à Deo
 imposita, ad quam illi sunt obligati.
 Tertium, quòd magnatibus debetur
 magna & præclara societas. Porrò
 inter omnes clarissima est virtus ac
 bona vita: quæ certè nullus concio-
 nator potest tanta facilitate in re-
 gione, vel terra plantare, quàm hi
 qui ei dominantur, si aduerterent,
 & facerent quæ prædicta sunt. Et qui
 id non faciunt, dicit Apostolus
 quòd infideles sunt, & infidelibus
 deteriores.

*Exemplo
 Christi
 Domini
 alios ad
 virtutes
 allicere
 debemus.*

*Principes
 viri si ve-
 lint potẽ-
 tiores
 sunt in
 virtute
 propagan-
 da concio-
 natoribus
 ipsi.*

CAPVT III.

Quo in specie aperitur quantum præ-
 emineat vita spiritualis corporali,
 quod magnatibus necessitatem im-
 ponit, vt toti Deo seruiant.

VT autem magnates apertius videant quàm decepti sint, æquum est vt annotemus, quòd vita spiritualis siue anima tantò amabilior est corporali, quantò amabilior est vniuersus mundus cum omnibus suis diuitijs vili sporta luti: quod optimè nos docet summus Deus noster, qui cùm esset Dominus immensæ potestatis, vitam vixit plenã immensis calamitatibus, tandemque mortuus est morte plena innumeris doloribus: quòd nos doceret hac spirituali vita viuendum esse, paruique corporalem hanc æstimari debere. Et profectò etiam si aliud nihil nobis ostenderet discrimen inter spirituales & corporalem vitam quàm experientia, quam omnes habemus, dum longè maius gaudium in anima percipimus, vbi nostra peccata defleuimus, quàm vbi vniuersis mundi gaudijs aut delitijs interfuimus; id solum deberet sufficere. Nam si peccata deflere, quod primum ac minimum est verorum operum eius qui Deo nouit viuere, tãtum adfert gaudium,

*Vita spiritualis
quàm corporalem
pluribus fieri
debere.*

*Peccata
deflere
primum ac
minimum
opus est
spiritualium
operum.*

dum. adeoque sublime, quid, obsecro dicemus de eo, qui in ea vita succrescens, animoque tantum conscendens, ut se occupet in rebus cœlestibus, quod sanctis efficitur cogitationibus, eò progressus fuerit, ut in terra adhuc residens, experiri gloriæ magnitudinem, quam in aula cœlesti obtinebit, à qua longè absunt dolor, & lachrymæ. Huic sanè quæstioni respondere non poterit is qui id expertus non fuerit, neque is qui fuerit expertus verba nancisci poterit quibus id exprimat. Obsecro igitur ô illustres mundi principes, cunctique primates, ut ob Dei amorem, & iudicij subuersionem quam habetis circa vanam mundi gloriam, respondeatis, num verè credatis, hoc esse inter has duas vitas discriminè. Et quoniam vos id credere asseritis, cognoscite igitur quantum sit in vobis malum sublimia corda vestra ad vitam adeo abiectam demittere, segregando vos à tam sublimi vita: quo agnito pudeat vos tantæ abiectiōnis vestræ, fluantque

*Spiritualis
& munda
vitæ
discrimen
verbis
exprimi
nō potest.*

*Homines
pudere
deberēt se
ad tam
vilia
abiectam
demittant
re.*

ab oculis vestris lachrymæ, quòd regem vestrum deserueritis, quum semper ob hanc causam, & non ob vllam aliam calamitatem fundi debeant à magnanimorum oculis lachrymæ. Obsecro præterea pro amore Dei, vt aduertatis quantæ sit abiectionis istud legere, & animo non sentire: quantoque maioris sentire quidem, sed obliuioni tradere. Quum ergo ita sit, hoc opusculum animo beneuolo suscipite, & ante oculos vestros tanquam speculum cõtinuè habete. Illud siquidem agentes, apertissimè perspicietis foeditatem vitæ vestræ præteritæ: atq; ita poteritis illam decorare atq; sublimare, quo grata sit summæ illius Domini maiestati suæ, seruire debetis.

CAPVT III.

Quod obsequia quæ magnates à subditis accipiunt, ipsos ad Deo seruiendum inuitant.

Magnus ille ac præpotens Deus, qui nihil aut facit aut fieri permittit, vnde magna
bona

bona non valeamus eruere, in fauorem magnatum huius mundi ordinavit, vt quoniam obligatio quam habent vt multis varijsque rebus satisfaciant ac respondeant, posset ipsis ad vitam spiritualem impedimentum adferre, è diuerso aliud semper ad manum haberent, quod ad bene viuendum ipsos inuitaret. Profectò enim non existimo vllòs in mundo esse, qui ante oculos ita semper habeant imaginem aut vmbra[m] veri obsequij erga Deum, quàm in hoc mundo sunt alij maximè obsequiosij. Nam, si rectè consideramus, quid sibi volunt exactum, & continuum obsequium quod magnatibus exhibetur, prompta ac reuerentialis obedientia, qua à subditis eis obeditur, vultus quem vniversi fingunt, & ostendunt conformiter ad ipsorum gaudiũ & tristitiã, in periculum pro ipsis exponere vitã, & quicquid possident quod fit quotidie, cū alijs obsequijs innumeris, quæ omnibus accipiunt cum magnis subditorum fatigationibus: quid inquam hæc aliud

K 6 sunt

*Præstitū
principi-
bus obse-
quiū ad-
umbratū
est ad ob-
sequi di-
uinum of-
ficiū.*

*Principi-
bus quod
inseruia-
tur, stimu-
lus esse
debet ad
obsequiū
diuinum.
Vera vita
spiritualis
consistit in
obsequio
diuino.*

sunt, quàm vmbra, ostēdens quo pacto debeant magno domino dominorum, & omnium imperantiū imperatori præstare obsequium. Possumus sanè asserere, quòd præ omnib⁹ obsequijs, quæ magnatibus in hoc mundo exhibentur, potissimum est quòd veluti signo quodam illis continuè dicitur ab ijs quæ ipsis ita obsequuntur. Vide homo (qui magnus quidem es nobis collatus, minimus tamen si ad Deum conferaris) quod humili nostro seruitio te inuitamus, vt magnis viribus, puritate ac fidelitate illi seruias, cui incōparabiliter magis obligatus es, quàm nos tibi. Verissimè sanè opinor dici posse, quòd, cum sublimis in terra status secum adferat imaginem veri obsequij, in quo vt dictum est, consistit vera vita spiritualis, maius est auxilium quod magnates inde accipiunt, quàm sit fatigatio seu distractio, quàm eis adfert sollicitudo suę gubernationis. Itaque vt ad nostrum principale intētum reuertamur, operæ precium erit vt aliquid singulariter dicamus de

eo quod scribere decreuimus, quo
possimus consequi ac seruare hanc
vitam spiritualem.

CAPVT IV.

*De ordine quo procedit hoc opusculum,
& de quodā summario eorum, quæ
in sequentibus tractantur.*

AEquum esse iudicauī, vt cum
illustres personæ mundo da-
tæ sint, vt illos quorum sunt
domini illustrēt, ac virtutibus splē-
dere faciāt, illud quod hic tradimus
eomodo tradatur, quò sit doctrina
vniuerso mundo utilis quem docere
sunt obligati, vt dictum est. Hunc i-
taque ordinem seruabimus, vt duo-
bus primum sequentibus capitibus
tria ponantur, quæ omnes, potissimū
tamen illustres personas, inuitare
debent, vt summo Deo nostro serui-
ant. Simul ostendendo quod hic Do-
minus plurimi faciat animæ obse-
quia. Deinde septimo capite subse-
quetur quibus in rebus debeant ipsi
seruire diebus non festiuis, addendo

K 7 cuncta

euncta que nobis facienda sunt à ma-
ne vsque ad vesperam: & quæ in illis
seruanda sit directio: & ordo quo in
omnibus Deo seruiatur, tam in spiri-
tualibus quàm in temporalibus. Post
hæc subiungetur decimo tertio capi-
te, quibus in rebus Deo seruiant die-
bus festis: quanquam magnates &
sublimiores personæ semper festiuè
debeant Deo seruire. Si autem qui
doctrina quapiam & potissimùm hæc
iuuari cupit, notandum est, quod nō
ita debeat illam suscipere, vt ea se-
mel perlecta contentus sit eo, quod
inde memoriæ mandauerit, sed eam
sumere debet tanquam id quod ani-
mo deuoto sibi suæque saluti assum-
psit, idque indies attentè admodum
recitare seu relegere. Adeoq; expe-
dit ita fieri, vt si ad id necesse sit, o-
mitti alias preces, seu orationē do-
minicam frequentius repetitam, que
assuevit quispiam legere, si hæc vna
fieri nequeant, expedit potius tēpus
impendere huic libello attentissimè
perlegendo, idque animo ac deside-
rio in opus perducendi que in eo cō-

tinea-

*Precepti-
ones spiri-
talis vite
sunt sepius
legende.*

relinetur, quàm in recitandis illis pre-
cibus: nam id Deo gratius erit.

CAPVT V.

De tribus quæ vniuersos, potissimum
tamen illustres personas inuitare
debent, vt Deo seruiant.

EXperientia discimus tria esse
quæ efficiunt vt debitè alicui
seruiatur. Primum est eius qui
seruit nobilitas: secundum eius cui
seruitur magnitudo ac bonitas: ter-
tium spes præmij. Tria hæc, si rectè
ea consideramus, cum alijs varijs ef-
ficient, vt nunquam omittamus ser-
uire altissimo. Primū itaq; dixi nobi-
litatē ei⁹ qui inseruit, inuitare vt be-
ne seruiat. Siquidē generositas cogit
quodammodo generosū, vt sublimi
modo perficiat opus, q̄ faciendū as-
sumpsit, idq; potissimum cū illi ne-
gotiū est cum personis generosis. V-
niuer si igitur quod ad hanc rem atti-
net, aduertere debemus qui simus, &
quantæ nobilitatis: inuenimus e-
nim vnumquemque nostrum ma-
ioris esse excellentiæ quàm sint
ceeli

*Tria sunt
ad serui-
endū Deo
necessa-
ria.*

*Prima cō-
sideratio.*

*Hominis
dignitas,
& excel-
lencia.*

*Libertatē
veram si-
bi compa-
rat, qui
Deo in-
seruit.
Psal. 81.*

coeli ipsi ac mundus vniuersus, cum ad imaginem & similitudinem Dei conditi simus, ipsiusq; filij, quando gratè ipsi seruimus, ac postmodum perpetui regni eius hæredes. Hæc itaque nobilitas plurimum nos incitare debet vt Deo benè seruiamus. Nam, etiam si omittamus, quòd æquum est, vt generosus generositate vtatur, fidelitate ad debitè seruiendum, nihil aliud adeò efficit, vt ad summam veramque nobilitatem quàm exoptant, generosi proximè accedamus, quàm summo Deo seruire. Siquidem ex hominibus dij effimur, vt habet scriptura sacra: atq; ita (vt vulgo nonnullis dicitur) magis quàm regio sanguine progeniti sumus. Sicque merito dicimus idem quod D. Agatha Quintiano præsidi respondit, roganti cur se Christi ancillam diceret, cum generosam se esse personam assereret: Summa, inquit, ingenuitas ac libertas illa est, in qua seruitus Christi esse comprobatur. Hoc sanè iustissima ratione respondit. Nam soli illi futuri sunt

reges

reges cœli, quemadmodum habet
 sanctum euangelium: imò & in ter- *Matt. 24.*
 ra regibus terrenis sublimiores sūt.
 Nam sibiipsis dominando, etiam ei
 quod reliquum est dominantur. V-
 niuersi autem qui Christo non ser-
 uunt, non tantum diaboli filij sunt, *Deo qui*
 verum etiam vilia tandem efficien- *nō seruit,*
 tur eius mancipia in tenebris infer- *demonis*
 nalibus. Itaq; si quem ex priore cau- *vile man-*
 sa, nempe vt summam adipiscatur *cipiū est.*
 libertatem ac dominium, non inui-
 rat ad seruiendum Deo nobilitas, eū
 saltem terrere deberet grande ma-
 lum quod secūdo loco additum est,
 nempe quòd filius ac mancipium ef-
 ficiatur diaboli, atque ob id totis
 viribus niti deberet ad seruiendum
 Deo.

Secunda consideratio.

Secundò etiam aduertere debem⁹
 magnitudinem, dominium ac boni-
 tatem Domini, ad cuius seruitium
 creati sumus. Inueniamus autē abs-
 que vlla comparatione maius esse
 dominium quod obtinet Deus super

VNUM-

voumquemque nostrum ac super vniuersos reges, magnos & paruos, quotquot in cælo & in terra sunt, quam sit dominium quod habent reges ac magnates vel super vilem terræ sportulam: neque enim vel huius sunt veri domini: Deus autem aded

Leges terre non sunt verè domini.

Dei potestas immensa.

Dei benignitatem sæpius memorãdam esse.

Dominus est omnium illorum, vt vnico flatu possit vniuersos in nihilũ redigere, & omnes eos in profundũ inferni demerget, nisi ei seruierint: si verò ipsi seruiant, aded illos in futura vita exaltabit, vt verè agnoscant non aliud quàm vilem terræ sportulam esse quæcunque hic habebant, collata ad magnifica illa quæ ibi consequentur. Non est quod multis efferramus huius Domini magnitudinẽ, nam etiãsi nunquã cessaremus, parũ esset quod diceremus. Ego quoq; qui hæc scripsi, paucis decreui absoluerẽ, vt quod dicitur tenacius memoriæ inhereat. Iustum itaque est vt tanto Domino seruiamus, respectu cuius tam parui sunt vniuersi, vt diximus. Nec minus sanè nos inuitabit eius bonitas seu benignitas, quã vniuersis

ueris

versis vitæ nostræ momentis millies
 animo reuoluere debemus. Certè
 inter abiectos terræ homines magnæ
 benignitatis duceretur, si rex aut
 quispiam dominus ipsorum amore
 ac premijs eos inuitaret, cum ob per-
 petratâ ab ipsis in ipsummet domi-
 num prodicionem, posset acerbam
 de illis sumere vindictam. Maior ta-
 men adhuc esset benignitas, si pro
 huiusmodi proditoribus se plurimis
 afflictionibus ac morti idē Domin⁹
 exponeret. Verū supra omnē cōpa-
 rationem longè maior elucet hæc
 benignitas ac bonitas in excelso Do-
 mino nostro. Nam cum tantæ sit ma-
 iestatis, adeo quæ nullius egeat, ele-
 git ferre vitam tantis plenam labo-
 ribus ac molestijs, donec & illâ per
 aspera tormenta relinqueret, quò v-
 tinam daret his qui morte adeò dig-
 nierât: vt quæ sublimiori vita opibusque
 perpetuis ditaret eos qui adeò in-
 grati ac proditores fuerant. Magnus
 hic Deus infinita sua bonitate præter
 beneficia quæ diximus, etiam ange-
 lis suis præcipit vt continuè nobis
 infer-

*Dei beni-
 gnitas in
 nos quanta
 fuerit.*

*Dei beno-
 ficiorum
 in nos nu-
 mer⁹ in-
 mensus.*

inferuiant: præcipit vt coelum & terra ne vno quidem temporis momento cessent à nostro obsequio. Et præter hæc omnia, vt longè abundantius suam eximiam bonitatem ostenderet, voluit semper nobiscum in sacratissima Eucharistia permanere. Procurat modis innumeris vt veris bonis crescamus: neque vnquam cōsentit vt eis qui ipsi seruiunt contingat labor aut afflictio, nisi ea conditione, vt per hæc plurimum boni i-fis accedat, longeque magis, quàm nos ipsi, nostrum exoptat bonum. Sed rogo quid non efficiet in nostrum commodum, qui ob nostrum bonum tantis cum afflictionibus morti se tradidit. Quicquid sanè dici poterit, parum videtur ei qui hæc attentè cōsiderauerit.

Tertia consideratio.

Premia vite futura memorie repetenda. Dixi præterea quòd tertio considerare debemus, quò magis animum ad seruiendum huic tam magno tamque bono Domino, magnitudinem præmiorum quæ expectamus,

fi

Ipsi seruiamus. Cumque adeo ma-
 gna sint, vt habet D. Paulus, quod *1. Cor. 2.*
 mundus vniuersus non sufficit ad ea
 exprimendum, aut imaginandum,
 sufficiat presentī considerationi,
 quod longē magis triste nuncium ef-
 fet, si vel minimo eorum qui in cœ-
 lis agūt, nunciaretur, Deum statuisse *Premia*
 illum inde auferre, & totius huius *vitæ fu-*
 mundi regem efficere, quā si cui- *turæ quā-*
 piam regi huius mundi nunciatur *ta sint, e-*
 illum crastino die regno suo priuan- *leganti*
 dum, ac subditorum suorum lanceis *cōparatio-*
 confodiendum. Id ad eò verum est, *ne colligi-*
 neque vlla probatione egens, vt de *tur.*
 eo nemo dubitet, nisi qui de omni
 veritate malè iudicat. Sanè etiam
 si is qui Deo seruit, hæc sublimia in
 cœlo præmia nō expectaret, sed dun-
 taxat cordis plenam gaudio pacem,
 quam hic possident qui veræ virtuti
 sededūt, ac despectui seu reiectioni
 vanitatum huius mundi: vtque libe-
 ri sint à misera & nunquam quieta
 aut contenta vita, quam degunt hi
 qui in peccatis agunt, id solū de-
 beret ad hoc sufficere, vt vniuersa
 vita

vita nostra obsequio huius magni Dei dedicaretur, quanto magis dum tanta tamque sublimia bona expectamus, vt diximus, etiam si nemo sit qui illa possit exprimere. Qui ergo hæc supra dicta considerans, non excitatur & animatur vt Deo seruiat, certo sciat se somno mortis sopitum non omittat tamẽ operari donec excitetur. Præsto enim est Dominus vt remedium adferat nostris malis, si cum humilitate operemur quod in nobis est. Quod si quis prædictis rebus non excitatur, huic plurimum expedit, vt singulariter apud se ad querendum remedium scrutetur, nũ fortassis secreto alicui peccato sit obnoxius, cuius nõ habet conscientia remorsum. Quod si inuenerit, vera emẽdatione remedium adhibeat, statimque nouam sentiet salutem ac vires ad omne bonum. Poterit autẽ secretum peccatum appellari amor quispiam inordinatus, qui inflationem generat in anima: item quoduis dictum seu externorum bonorũ cuiuspiam, aut aduersus bona pauperum,

A bono opere nullo modo cessandum, valet enim saltẽ ad cõuersionem.

Amor inordinatus secretum peccatũ.

perum, quorū sunt varij reditus, aut
 alia bona ecclesiastica seu secularia.
 Dicuntur quoque peccata secreta in
 beneficiorū aut officiorum reipub.
 distributione, quando huiusmodi
 tribuuntur aliquibus, eò quòd colla-
 tori aut eius maioribus seruiert, quod omnino paruum est, dum vel
 illi digni non sunt, aut sunt alij qui
 magis promerentur. In his atq; alijs
 varijs multi delinquant, qui non fir-
 mis, sed malignis prætexitibus ea ex-
 cisant. Quòdque peius est, plurimū
 dolēt cum eis aperitur veritas, quod
 etiam numerari potest, inter prædi-
 cta peccata secreta. Atque hinc est
 quod Deus nos deserit, neque enim
 in quibusdam tantū rebus Deo
 seruire debemus, quas nobis præci-
 pit, sed in omnibus. Neque tantum
 id cupere debemus intelligere, quod
 nobis delectabile est, aut non admo-
 dū molestū in eius seruitio: sed & id
 quoq; quòd ob nostram superbiam
 aut malitiam fuerit admodum labo-
 riosum. Quia dere non facile est sin-
 gularia adferre exēpla, nisi materia
 pluri-

In occultis peccata multi non raro labuntur.

In obsidio dicitur non delectari, sed laboriosa et molesta sunt querenda.

plurimum prolongetur: quidam enim in vna re peccant, alij autem in alia: neque id huic seruit proposito, ni vt hîc concludamus, quod ob hæc aut similia peccata quidam secreto Dei auxilio iustè priuantur: & ita prædictis tribus considerationibus non admodum mouentur, vt supremo omnium Domino prout debent inseruiant.

CAPVT VI.

Quibus in rebus Deo potissimum seruire debeamus: quodq; bonæ cogitationes ac desideria, sint Dei potissima obsequia.

*1. Tim. 4.
Pie mentis
actiones in Deum,
corporis actionibus
prestant.*

QUOD attinet ad secundū, quod in initio dicere constitueramus, quibus in rebus potissimum Deo seruire debeamus, annotādum pro fundamento erit quoddam D. Pauli documentum, quo tradi Dei obsequia quæ mente fiunt: veluti sūt Deum animo & bonis cogitationibus ac desiderijs reuereri & amare, maioris esse pretij quàm corporalia:

qua-

qualia sunt ieiunare, aut similes alij
 labores: quanquam verum sit quod
 qui animæ exercitia operaretur, o-
 missis ex negligentia corporalibus
 quæ præcepta sunt, illi certum esse se
 neutrum operari. Attamen hinc col-
 ligimus quòd omni tempore nobis *Piæ cor-*
 ad Dei obsequium deputato, longè *poris acti-*
 magis curare debemus, vt animæ ob- *ones non*
 sequia præstemus quàm corporis: *sunt vllò*
 quanquam & hæc semper illis soci- *modo*
 ari debeant. Et præterea corporis *præter-*
 obsequia quæ præcipit Ecclesia, *mittēda.*
 nunquam omittenda sunt eo prætex-
 tu, quòd maioris momenti sint spi-
 ritualia. Nam id obedientiæ aduer- *1. Reg. 15.*
 saretur, quam etiam sacrificio Deus *Psal. 36.*
 præferre se dicit. Hoc itaque iactò
 fundamento annotabimus vnitierfa
 nostra seruitia in duobus consistere,
 nempe vt à malo declinemus, & o-
 peremur bonum: quæ duo rursus in
 vno Dei & proximi amore conclu- *Obsequiū*
 duntur. Quicquid ergo quouis mo- *diuinum*
 do cogitauerimus, aut operati fueri- *in quo cō-*
 mus in hæc dirigēdo, id fit in Dei ob- *sistat.*
 sequium: quod si diuersam habet in-

L

ten-

*Modus
diei cu-
iusue feli-
citer trá-
figendi.*

tentionē, malum est. In his itaq; ver-
bis includitur, quicquid ad nostram
doctrinam scriptum est, quanquam
vt rectius ordine faciamus, quæ no-
bis agenda sunt, operæpretium erit,
vt annotemus, & indies relegamus
exigua verbis documenta, quæ se-
quuntur, in quibus forma traditur
impedendi viginti quatuor diei
horas, in quem modum reuolui de-
bent omnes vitæ nostræ dies, si cupi-
mus vitā nostrā esse vitā, non mortē:
si etiam cupimus perpetuæ vitæ glo-
riam obtinere, ac mortem euadere,
in qua semper moriuntur, viuentes
in angustijs innumeris. Et primū iu-
dicaui expedire, vt ponatur quod cō-
ueniat bono Christiano omni die a-
gere, in sequētib⁹ quinque capitib⁹.

CAPVT VII.

*De reuerentia qua Deo ac Domino no-
stro primo cuiusque tempore exhi-
beri debet.*

Primum itaque quod initio diei
agere debemus, priusquā aliud
quippiam aggrediamur est, vt
flexis

flexis in terra genibus maximã Deo exhibeamus reuerentiam, longè tamen in anima maiorẽ, quã hoc modo fieri debet. Erigamus cogitationẽ, memores eius quod supra diximus de maximo ac vniuersali Dei dominio: simul & perspiciamus, quã exigua res sit quisque homo, si conferatur ad tantam maiestatem: quodque id ipsum quod sumus ex ipsius beneficio habemus, tanquã eius creaturæ. In hac autẽ rememoratione ac consideratione persistamus, quantum possumus; est tamen magnum, etiã si tantũ ad spaciũ salutationis angelicæ perduret, quantum tamen magis durauerit, præstantius erit. Annitatur autem vt in illo suo dominio de gloria & diuitijs eius gaudeamus, quantum possumus: tantquam de bonis nostri & omniũ domini, qui ad eò nos amat, tantaq; bona nobis præstitit, præstat, & præstabit. Quã ergo nũc diximus, est animę reuerẽtia. Siquidẽ in prædicta consideratione, gaudio, & rememoratione, ipsi subiicim' intellectũ, volũtatẽ

Deum statim ex primo disci lumine quomodo colendus.

Animę Christianę erga Deum reuerentia quę.

L 2 & me-

*Sæcti quo-
modo co-
lendi.*

*Actiones
diuinæ
sunt manè
Deo of-
ferenda.*

& memoriam, quæ sunt tres animæ
potentiæ. Aduertamus autem quòd
ruditas magna, etiam in pueris iudi-
catur, si non norint cuique exhibere
quam debent reuerentiam: prædicta
tamen reuerentia soli Deo debetur.
Quod si interdum velimus & sanctis
exhibere reuerentiam, consideranda
nobis erunt eximia beneficia quæ à
Deo acceperunt, & quantum nunc
sint longè supra nos sublimati: qua
de re summè gaudere debemus, tan-
quam de dominis, & amicis quos
plurimum amamus. Verùm hac nūc
omissa, reuertamur ad eam quam in
dies Deo exhibere debemus, &
annotemus quod exhibita dicta re-
uerentia, statim corde proponere
debemus, quòd quicquid toto eo
die fecerimus, diuinæ maiestati of-
ferimus: eadem animi demissione
supplicantes, vt data sua gratia tri-
buat, vt in omnibus illis ipsi seruiam-
us. Nam sine eo nihil possumus.
Hæc autem omnia, vt diximus, animi
sunt non corporis: ad quæ non opus
est varijs verbis, sed tantum cogita-
tione,

tionem, desiderio, & voluntate, in Deum corde oblati; vt dictum est: quod facile factu erit, si toto animo in id respicimus.

CAPVT VIII.

De tribus alijs quæ quotidie facere debemus.

HAc reuerentia præmissa, æquum est vt signo crucis nos muniamus, tanquam pugnam aggressuri operum, angustiarum, cogitationum, ac desideriorum quæ eodie offerentur: Deum obsecrantes vt ipsius crucis virtute eruat nos ab vniuersis nostris inimicis, nempe demonio, mundo, & carne propria: & hac fiducia in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti auspicemur vniuersa quæ illo die sua maiestas nos facere voluerit. Quæ, vt summatim dicam, quolibet die hæc fieri debent præter ea quæ prædicta sunt. Primum vt sub deuotione sacrum audiatur: prædicta reuerentia adorando sum. v. illum Deum, qui realiter consistit in ipsa hostia & calice, post prolata à

*Sacra
Crucis sig-
no nos esse
commu-
nias.*

*Primum
Sacram
quotidie
audien-
dum.*

L 3

sacer-

facerdote consecrationis verba. Secundum, vt quisque se occupet in officio seu artificio sibi conueniente iuxta statum suum: manibus operando, aut alio modo, prout conueniens fuerit, in qua operatione singuli promovere habeant, subinde, aut saltem dum sonat horologium, meminisse summi illius Domini, qui vult vt operemur in illo opere quo tunc exercemur, illique supplicare vt nos sibi in hoc gratos habeat. Nam istud recogitare, & corde supplicare opus est animę, ac proinde maximi pretij, vt diximus. Tertio etiam occupandi sumus in sumenda corporali refecti-
*Deo gra-
 tias agen-
 das esse
 ante &
 post sum-
 ptionem
 cibi.*
 one: antè & post quam semper Deum benedicere debemus, qui nobis illam præstitit, illique ex animo supplicare vt tribuat nobis in ea temperantiam, & hic metus profit ad sibi præstandum seruitium. Quod etiam pretiosum animæ opus est, adeò vt in manu nostra sit edendo, bibendo, aut aliud quiduis operando, Deum honorare illique seruire, vt facien-
1. Cor. 10. dum docet D. Paulus. Non igitur nobis

nobis tradendum est, in quibus Deo seruiamus, cum in singulis nostris affectionibus possit anima illi seruire, re dictum est: cuius obsequia semper magna sunt, etiam si abiecta operemur, veluti comedere, & aliud quod corpori prouidemus.

CAPVT IX.

Quo pacto debeat quisque propriam gubernare familiam: qua in re vniuersi, potissimum tamen magnates, magnam debent habere curam, exemplo illius magni omnium familiarum domini summi Dei nostri.

Quartum quod sequitur, in quo is quæ res tangit, toto die occupari debet, est gubernatio propriæ familiæ. Quia de re cum aliquid decreuerim dicere, visum est inchoare à fundamento quodam, quo vniuersi prudentes, gubernatores ac rectores vsi sunt: quodque magnus ille vniuersæ creaturæ gubernator exemplo demonstrauit: nempe vt quisque in familia, dominio aut prouin-

Qui preest, preest in spiritu lenitatis.

cia sibi subiecta conetur, etiam interdum repugnante natura, ijs quib⁹ præest amicabilem vultum præbere, verbaque dulcia, mixta tamen amabili grauitate, ne nimia familiaritas occasionem tribuat contemptui. Debet item aduertere qui alijs præest, vt, etiam si quosdam præ alijs diligat, idque verbis, & operibus ostēdat, non fiat id cum aliorum despectu, nec quisquam se sentiat contemni, aut vilipēdi, in eius societate: sed potiùs iudicent singuli se amari, ac benignè tractari. Sanè qui istud fecerit, etiã in parua familia abundè ei ministrabitur, & etiã in paucis terris magnus erit Dominus, & ex omnibus supremo Domino seruiet in rebus quæ statim subijciētur. Debet itaq; quisque suæ familiæ dominus continuã & ex animo exactã adhibere diligentiam: vt nouerit quo pacto & quib⁹ in rebus sui occupātur, vtrū Dei ac domini nostri præcepta seruāt: potissimùm vtrū sint nonnulli iurare affueti, aut sanctum eius nomen blasphemantes: vtrū sacrum

audi.

Qui præest suorū, despiciat neminem.

Qui præest de vita suorum frequenter inquiet.

andiant, peccata confiteantur, & ad
 sacram synaxim accedant. Utque in
 vniuersum dicam, curare debent vt
 in ipsis plantent vitam quæ secundū
 Deum est: eradicando omnia vitia,
 nunc verbis, nunc moderata castiga-
 tione. Nam intemperata & iracunda
 castigatio plurimum mali adfert, et-
 iam ei qui castigatur, iuxta D. Pau-
 lum: imò & in eo qui ita castigat,
 fortassis est culpa proprii affectus,
 quā sit illa, quā in alio nititur corri-
 gere. Moderata ergo castigatio in o-
 mnibus seruāda est, siue ætate maio-
 res sint filij, aut famuli, siue paucorū
 annorū. Debēt præterea patres fami-
 lias dicere vniuersis qui suæ sunt fa-
 milia, ita vt omnino intelligāt ex a-
 nimō dici: vt certò sibi prædictū ha-
 beant, quòd si ipsis seruire cupiunt,
 nō modo sibi seruanda sunt quæ ipsi
 præcipiunt, sed longè magis ea quæ
 Deus præcipit. Neq; enim bonus ser-
 uus est, qui nō procurat, quantū in se
 est, honorem domini sui, ac omnia
 quæ illi adferre potest obsequia. In
 hoc autem longè plus temporis de-
 bent

Qui præ-
 est, suorū
 mores in-
 formare
 debet.

Col. 3.
 Ephe. 6.

Obsequiū
 diuinam
 humano
 prorsus
 obsequio
 in fami-
 lijs præ-
 poni de-
 bet.

Illustriores personæ in quibus tēporis collocare debeant.

Potentioribus inquirēdum quomodo subditis iustitia administraretur.

Inuidos acriter puniēdos.

bent in sumere maioris status personæ, quæ multos habent subditos. Nā de legibus ac consuetudinibus disquirere debet, quæ sunt in terris suis, inducendo subditos verbis amicis, & quæ magis patrū sint, quàm dominorum, vt quæ bona sunt obseruent, non permittentes quæ mala sunt. Magnam quoque debent adhibere diligentiam, vt sciant quibus modis impotentiores tradentur: vt omnino intelligāt qui sub ipsis iustitiam administrant in terra, nihil magis in eis displicere dominis suis quàm si impotentiores quouis modo iniuria afficiant. Id autem secretissimè perscrutari deberent per bonos viros, qui in terris suis inueniuntur: quòd si interdum inueniant eos qui dominis aperiunt mala quæ in terris suis contingunt, ob id perperam ab alijs excipi, æquissimum esset vt acriter castigarētur qui illos malè excipiūt. Hæc omnia debent dicere suis, qui aliquam habent administrationem: præmonēdo, vt hæc præ oculis habeant, magis quia Dei honorem promouent,

mouent, quàm ob vllum proprium *Subditi*
 commodum, vel honorem. Subditi *superioris*
 quoque hæc intelligentes prouoca- *diligentia*
 rentur vt Deum ex animo amarent, *et equi-*
 ipsique feruissent tanquam Domini *tate no-*
 suorum dominorum: cuius respectu *rint suis*
 apud suos dominos maiori essent in *superiori-*
 pretio, meliusque tractarētur. Super *bis in o-*
 omnia curare debent domini, vt tē- *mibus*
 pla quæ in sua sunt ditione munda *esse Dei*
 admodum sint, ac reparata ornāmē- *propositū*
 tis, calicibus, & corporalibus suffi- *honorena-*
 ciētibus. Quòd si hæc vsquam desint, *cultus di-*
 amicabiliter & secretò sacerdotes *uinis in-*
 super his monere debent. Quanquã *primis ca-*
 enim id magis sit episcoporum, illi *ritibus.*
 tamen gauderent, si ab alijs in hoc
 inuarentur: tantoque ampliùs Do-
 minus Deus temporales dominos si-
 bi gratos haberet, qui etiam horum
 curam haberent, quantò minùs ex
 officio id ad ipsos pertinet quicquid
 fit ad honorem Domini sui, ob do-
 minium quod ipsi ab illa maiestate
 acceperunt. Hæc aliaque multa quæ
 occurrent magna sunt opera, &
 seruitia, quibus magnates occu-

*Bonum e-
xēplum,
quantum
proximo
profit.*

pari deberent, & quibus Domino Deo nostro magna præstantur obsequia: alijque magnates eorum talia exemplo peragentium ad idem prouocarentur: ita ut vniuersa terra sanctificaretur, ipsisque plurimum accresceret meriti ex omnibus quæ & hi & illi optauerunt. Aduertere debent magnates quòd magnus ille suus & omnium Dominus pauper effici voluit, magnisque subijci laboribus, ut homines obtinere possent magnas coeli diuitias. Sunt autem in causa ut hæc suis subditis depereant, si ipsos ut tyranni pertractent: si permittant ut ab administratibus iustitiã tyrãnicè fatigentur, cum ad hoc designati sint subditi subditorum Domini, ut pro ipsis mortem oppetant, si necesse fuerit, quæadmodum fecit supremus dominus pro ipsis & pro omnibus. O vitam illustrẽ illius magnatis, qui aduertens se habere subditos suos à manu magni illius vniuersorum regis, & quod illis dominatur, potius ut eos conseruet in omni bono, & virtute, quàm ut ab illis vectigalia, &

serui

*Domini
in suos
subditos
quales esse
debet.*

seruitia accipiat: præterea confide-
rans, quod Deus pretioso suo san-
guine illos ab infernali tyranno li-
berauit, vt ex illis efficiat filios, ma-
gnosque in cælo Dominos, postquã
in terra patienter sustinuerint sub-
iectionem, qua ei subijciuntur, tra-
ctat illos tanquam fratres sibi æqua-
les, prout erimus vbi vitam hãc bre-
uem reliquerimus: & tanquam per-
sonas tam sublimi dominio deputa-
tas. Porrò quo pacto tractari de-
beant, & supra dictum est, & lex fra-
terna id exprimit. E diuerso autem
nescio quam prætexere possit vir
nobili profapia progenitus excusa-
tionem, qui vt sua vana ac praua ex-
pleat mundana desideria, nihili fa-
cit, etiam si quæcunq; prædicta sunt
peragere negligat cum suis subditis:
Imò non solum ea omittit, sed
praua sua vita potius illis occasio
est maioris perditionis. Quod; peius
est, vt totum se apertius dedat suis
vitiosis insanijs, innumeris illos
grauat vectigalibus. Profectò vita
huiusmodi, viri illustris mors po-

*Subditi
quomodò
debeant à
suis domi-
nis tractari.*

*Nobiles
& poten-
tes domi-
ni quàm
præposse-
rè subdi-
tos suos
regant.*

*Nobilium
suo domi-
nio abu-
tentium
grauissi-
ma mal-
sta.*

tius dicenda est, quàm vita, cum ani-
mam suã turpibus corporis delitijs
captiuã habeat, mortuã, & innume-
ris sordibus vulneratam: cum etiam
ad illum consequatur, vt vbi ad bre-
ue tempus delitijs citò transeunti-
bus se oblectauerit, dominio quod
in terra habuit, priuandus sit: simili-
ter & hereditate magni illius coele-
stis dominij, quòd obtinebunt ipsius
subditi: dum ipse efficietur perpe-
tuum dæmoniorum mancipium, v-
bi omnia ad viuum ab eo exigentur.
Sanè æquissimum est, vt is perpetuò
fiat huiusmodi tyranno cum dolore
subditus, qui cum magnum accepis-
set dominium, quo & se, & alios ex-
altaret, illo vsus est contra eius qui
tradiderat præceptum & voluntatē.

CAPVT X.

*Quod in bonis cogitationibus magna
sint opes, in malis autē grande malū.*

Quintum quod nobis consideran-
dum est, in quo in vitæ nostræ
processu occupari debemus, est, vt
animum recolligamus, & immo-
remur

remur in bonis cogitationibus ac desiderijs quæ occurrerint: quòd si nò occurrerint, ea procuremus magna solertia. Contra verò, vt separemus, magnaque cum abominatione abijciamus mala ac vana desideria quæ passim occurrunt. Nam in quolibet horum agendo magnum Deo exhibebimus obsequium: sunt enim magna animæ opera etiam si ex nostra cæcitate ea parui æstimemus, cum in rei veritate etiam vnicū prauum desiderium, cui locum damus, sit dignum æterna morte: bonum verò gloriam promereatur nunquam finiendam. Porrò bonas cogitationes dicimus circa vniuersa quæ in hoc libro aut in alijs huiusmodi scripta sunt: prauas verò quęcunque circa peccata versantur, vt vitia ac fastus huius mundi.

Male cogitationes summa diligentia sunt reijciende.

Cuius boni vel mali cogitationes cause sint. Cogitationes bonæ & mali que sint.

CAPVT XI.

Quod assumi potest honesta aliqua recreatio in leuamen laborum nostræ fragilitatis corporeæ.

LAudant philosophi, nec reprehédunt theologi iucundas aliquas

*In re-
creationi-
bus quo-
modo se
gerendum.*

*In recrea-
tionibus
quod pro-
positum
habere
debemus.*

*Recrea-
tionis in
quem finē
& quo
modo sint
assumen-
de.*

aliquas recreationes, iuxta cuiusque ætatem ac conditionem. Est tamen animaduertendum, quòd in huiusmodi recreationibus quisque debet cautè admodū incedere: latet enim in illis præcipitium, si multum in illis occupemur, aut ea ex animo assumamus. Debent igitur quantum ad opus ipsū honestè recipi: potius tamen moriendum est, quam vt vitiosum aliquid committamus, quātumuis necessaria nobis sit recreatio. Præterea temperatè sumi debent, ita vt potius seruiant pellendo fastidio, quàm vt potissimum quærat recreatio, vtque vno verbo concludamus, assumi debent, tanquam ea quæ in se minime sunt æstimationis, sed ne deficiat miserum hoc corpus quod illis eget: puta dormire, edere, cæterisque huiusmodi miserijs, & corporeis recreationibus. Qui etiā filios habent, ipsos circa prædicta monere deberent, alioqui hostes se ipsis exhibent non patres. Porrò exercitia recreationum quæ cum aliorum damno fiunt, veluti sunt nonnullæ

nullæ venationes, reputari debent inter vitiosa, & illorum loco substitui honesta: neque satis facit quorundam excusatio, qui se admodum inclinatos asserunt ad venationes, aut alia huiusmodi: ob id enim legibus altissimi subiicimur, vt nõ quod cupimus, sed quod debemus operemur. Ob hanc autem subiectionem plurimum gaudere ac lætari debemus. Est enim gloriosum, tam sublimem habere Dominum, & ipsi seruire: potissimum cum ab illa maiestate tam sublimia expectemus præmia.

Venationes quæ cum damno proximi fiunt omnino tollendæ.

CAPVT XII.

De termino quem singulis diebus imponere debemus, & quod initium nocti in qua nobis quiescendum est.

Reliquum in quo vita nostra impendetur, est somnus aliquis: qui non ad vitium assumentus est, sed vt corpus vires recipiat, quibus Deo Domino nostro seruiat. Annotandum ergo est quòd, vt melius hoc agamus, accedente nocte

Somnus cur sit assumendus.

*Examen
conscien-
tiæ vespere
facien-
dum sal-
tem per
quartam
horæ par-
tem.*

*Errata
diei sedu-
lo com-
memo-
randa.*

*Modus
examinã
de con-
scientiæ.*

nocte post alia officia aut exercitia, quæ ea hora à quolibet fieri solent, æquissimum est vt ante dormitionis tempus ad quartam horæ partem, aut saltem ad huius dimidium occupemur in exercitio quodam admodum necessario: quo & malis in quæ eo die incidimus, remedium apponatur: & noster somnus in pace sit, siue quietus in Domino, veluti propheta David assumebat, vt dormiētes ac vigilantes semper ei seruiamus: cum illa maiestas utroq; tempore semper prospiciat quid nobis vtile sit, à malis innumeris & à dæmone nos protegens. Est igitur istud quod quarta illa parte horæ facere debemus, vt ad memoriam reducamus culpas, in quas toto eo die incidimus. Antequam considerationem, magnam Deo reuerentiã exhibere debemus in modum eius de qua ad initium diei diximus. Statimque recogitare num in aliquibus deliquimus eorum quæ supra posita sunt ad eius obsequium: ex quolibet in his commisso defectu, etiam si mor-

mortale peccatum non fuerit, assumendo quanto maximam possumus displicentiam: quemadmodum huius mundi obsequiosi famuli de quouis defectu contra dominorum suorum obsequium facere solent, etiamsi mortalis non fuerit, nec gradem penam demereatur. Deinde cogitare debemus num aliquod præceptum transgressi sumus, eodem modo de hoc dolendo: post hæc num verbis aut cogitationibus superbiæ aut impatientiæ excessibus: ad hæc num in aliquo mortali deliquimus, quã maximum dolorem potuerimus, inde concipiendo: etiamsi de quolibet, in quo nos peccasse aduerterimus, breuissimo duret tempore. Quod si duros nos ad dolendum de peccatis inuenerimus, cõsideremus illa fuisse causam mortis, ac plurimorum dolorum Domini nostri Iesu Christi: cuius pia quoque mater ob hæc sub cruce cor magno dolore trãsfixũ habebat. His sanẽ cogitationibus cor nostrũ emollietur. Quod si quis fortasse dixerit sibi non vacare, vt quouis die

Dolor de peccatis commissis quomodo sit excitandus.

*Preca-
tio-
nes ante
somnum
faciendæ.*

*Signo san-
ctæ Crucis
diem esse
clauden-
dum.*

ac nocte ita de peccatis doleat, de-
beret saltem quouis die sabbari, aut
pridie festi diei sub nocte id agere:
quo die dominico aut festo à somno
experrectus, aptior esset ad sanctifi-
candum diem illum, quemadmodū
Dominus præcipit. Hoc peracto, &
recitato symbolo Apostolico, quo
fidem Catholicam cōfitemur, simul
& oratione dominica: ac salutatio-
ne angelica benedictę Dei matri, cui
nos ipsos semper commendare de-
bemus, & de cuius præminentijs
indies frequentissimè, ad agendum
inde Deo gratias, memores esse de-
beremus, poterimus muniti signo
salutiferæ crucis quiescere, ac dor-
mire, quantum iuxta cuiusque con-
ditionem ac vires iudicauerimus es-
se necessariū. Eius qui talis est som-
nus à Deo benedictus erit, maneque
surgens incipiet, ac prosequetur
magno cum gaudio vniuer-
sa quæ supra scripta
sunt in singulos
dies.

CAPVT

De obsequijs qua festis diebus Domino Deo nostro exhiberi debent : qua quotidie præstare debent hi qui in rebus mundi & manuum laboribus non occupentur.

AEquum omnino fuit, vt exigente nostra supina inaduertentia deputarentur nonnulli dies, qui ad certa quædam obsequia Deo sanctificarentur, consecrarentur, & huiusmodi sunt dominici ac festi dies. Dixi id egisse nostram supinam ina uertentiam. Nā qui æquo vteretur iudicio, dies vniuersos celebrare deberet tanquā festiuos: cum celebritas illa festiuallis regi vniuersæ gloriæ exhibeatur, qui semper in festis versatur incomprehensibilibus. Facientes autem quod debemus, dum cum tanto domino semper in suis festis præsentem essemus, vita nostra longè amplius ditaretur veris diuitijs, semperque postmodum ijs festis congaudemus quæ maiestas illa celebrat, cum

*Dies festi
cur sunt
instituti.*

*Diebus
festis qui
agendum.*

ad

ad ea nati sumus. His itaque diebus cessare debemus ab omni opere manuum, omniq; temporali occupatione: vt in eo quod spirituale est, longè perfectius anima se occupare valeat. Habentes autem pro prærequiritis supradictis obsequijs, quæ indies exhiberi debere diximus, quæ

Illustriores personæ magis tenentur ad sanctificationem maiorum festorum quam plebs.

Quæ diebus festis potissimum fieri debent.

Primum dicitur cap. 14. Secundum cap. 15.

in specie & longè perfectius festis diebus præstare debemus, æquum est vt alia subiungamus, in quibus veri Dei serui festis diebus sese occupare debent, quæ vt diximus magis cõtinuè exhibere debent terræ magnates, cum pluribus diebus à negotijs vacent temporalibus. Tribus ergo rebus videtur in specie comprehendiquicquid his diebus facere debemus iuncto simul eo quod prius dictum est indies esse faciendum. Primum consistit in recogitandis magnificis Dei operibus, ac beneficijs nobis præstandis: quod in symbolo Apostolico quod indies recitamus, siue in articulis fidei cõprehensum est. Secundum in eo consistit vt animæ virtutibus studeamus, ac in ijs

exerc-

exerceamur. Tertium, in eo vt mori
 discamus cum semper moriamur, &
 tam citò finienda sit vita nostra. Ex-
 pediat autem vt de singulis horum a-
 liquid tractemus sequentibus capi-
 tibus.

Tertium

ca. 16.

Alias se-

pe medi-

tandum.

CAPVT XIV.

*Quod sit admodum utile exercitium,
 quod singulariter fieri debet circa
 beneficia quæ a Deo accepimus.*

Naturale est vt eos metuamus
 qui admodum potentes sunt,
 amemus autem illos qui no-
 bis benefecerūt: porro initium om-
 nis boni in timore consistit, præsum-
 ptio verò, in timoris carentia. Deus
 Dominus noster infinite potestatis
 est, à quo manat omnis potestas cœ-
 litum & terrestrium: vt nos credere
 confitemur dum dicimus: Credo in
 Deum Patrem omnipotentem. Est-
 que admodum utile istud semper
 recogitare, vt magna illius pote-
 stas nos humiliet ac terreat: & pro-
 inde metuamus talem offendere,
 aut quicquam præsumere. *Quis*

Timor

initium

omnis bo-

ni.

Potentia

Dei cur

sepe reco-

lenda.

enim

Dei beneficia quanta fuerint erga nos.

Matt. 20.

enim non demittet, aut potius abijciat vanam suam præsumptionem, dum attentè considerauerit tantam potestatem, adeò terribilem omnibus terræ regibus, quibus facilius aufert animam, mittens illam in barathrum inferni si ipsum non timuerunt, neque de beneficijs ab eo acceptis seruiuerunt, quàm quisquam collum columbæ contorqueat. Cogitemus etiam beneficia, quæ in dies nobis præstat, & quæ præstitit, vt aduertamus quantum nos amet, ipsumque redamemus. Coelum ac terram ad nostrum obsequium cõdidit, neque enim illis indigebat. Et id confitemur cum dicimus, creatorem cæli & terræ. Angelos nobis tradidit in custodes continuos. Parua sunt hæc omnia, dum recogitamus quòd maiestas illa de cælo in terram descenderit, non vt sibi ministraretur, velut loquitur in euangelio, sed vt ministraret, quo melius nobis seruiretur. Fuit autem modus quo nobis seruiuit, quòd factus homo in visceribus beatæ Mariæ virginalibus,

bus, & ex ea natus, miserum præsepe *Christus*
 statim elegit, ubi tanquam commu- *pauper factus*
 nis infans fleuit: magnam sustinens *et ut nos*
 paupertatem, ut per hæc omnia no- *perpetuò*
 bis perpetuas daret diuitias, ac vitã *diuites*
 in qua abest omnis ploratus: ut etiã *efficeret.*
 præberet nobis exemplum, quo co- *Terrena*
 gnosceremus quã spernenda sit *commoda*
 terræ prosperitas, cum ipse qui est e- *que contem-*
 terni patris sapientia, ad eò in totũ *nẽda sint.*
 illam contempserit. Non est sanè
 obliuioni tradendum, aut parui du-
 cendum tanti Domini seruitium,
 tanto suo labore, pro gente tam ab-
 iecta, & ad tantam eius gloriam per-
 actum. Post hæc deferente eum ma-
 gno cum labore benedicta matre
 sua, fugit in Aegyptum. Et ne scribẽ-
 do siam prolixior (quanquam reco-
 gitando prolixi esse nequeamus) *Christus*
 post vitam mille plenam laboribus, *nostri*
 & in nostrum obsequium impen- *causa ad*
 sam, mortuus est morte immensis *modum*
 plena doloribus & abiectiõibus. *vsque ser-*
 Cum ergo mortem vsque nostra *uinit.*
 causa seruerit, aduertamus quã
 parum sit quod facimus, etiam si in

M

omni

omni eius mandato ipsi seruiamus
 vt magis in gloria, quam ad eò nobis
 exoptat illa maiestas, crescamus. Post
 hæc omnia resurrexit cum magna
 gloria, & in caelos ascendit: reditu-
 rus vniuersorum iudex, vt in corpo-
 re & anima perpetuum rependat in
 caelo præmium, vniuersis qui, vt di-
 ctum est, ipsi seruiuerint: aut si non, vt
 æquum est, ei seruiuerunt, veram pœ-
 nitentiam peregerint. Aduertamus
 tamen D. August. tanti nominis ac
 sanctitatis doctorem dubitare, num
 danda sit ad veram pœnitentiam per-
 agendam gratia ei, qui cum in vita si-
 bi data ac sanitate posset Deo serui-
 re, id differt vsque dum mors pec-
 candi vires ipsi præripit: quòdque
 bonus ille latro qui cū Christo mor-
 tuus est, inuitat nos ne desperemus,
 nō tamen aufert à nobis dubiū,
 de quo habet D. Aug. Neq; enim vel
 vna hirundo facit ver, neq; vnus la-
 tro qui saluus factus est, dicit, nō cō-
 demnandos alios innumeros, quo-
 rum erat & alter latro, qui sinistram
 Christo clauderat latus: nec tamen
 liber

*FO. 41.
 Peniten-
 tiā male-
 factorum
 nō ad vl-
 timam
 vsq; sene-
 cutē dif-
 ferendam.*

liber fuit à sententia mortis æternæ,
quæ in extremo iudicio feretur ad-
uersus vniuersos latrones, & eos qui
tantis Dei beneficijs ingrati sunt,
neq; inde ipsi seruiunt. Hæc omnia
cum indies in symbolo Apostolo-
rum recitemus, æquum omnino esset
vt ea quoque non negligenter per-
currêtes recogitaremus: sed in quo-
libet horum immorantes, ac si præ-
sentes adessemus: potissimùm autem
dum regina cœlestis filium suum v-
tero gestaret, ipsumque pareret, ex-
hibendo eis varia obsequia, & reue-
rentiæ signa, tanquam si nunc præse-
tes eū nasci videremus. Rursum sin-
gularius in ipsa passione, cogitan-
tes Christi captionē illam adeò ig-
nominiosam, verbera, coronam spi-
neam, innumeraque opprobria: qua-
lia nunquā vlli facinoroso vidimus,
aut audiuimus fuisse illata: quæ om-
nia ab imperiali illa & diuina maie-
state suscepta fuerūt, vnà cum morte
crudelissima quæ subsequuta est, quò
nos inuitaret ad spernēdas pōpas, &
hōnōres mundanos: ad quos cæci

M 3 qui

*Mortis
Christi
considera-
tio rerum
munda-
narū con-
temptum
excitat.*

*Omnes
Christiani
sed poten-
tiores po-
tissimum
Christi
domini
passionem
recolere
debent.*

qui hæc non perspiciunt, continue irruunt. Aduertendū nobis est, quòd si qui mundanis rebus ita occupantur, vt hæc indies recogitare nequeant, diebus saltem festis tempus aliquod sibi deputare deberent, quo hæc meditarētur: vt adimpleto præcepto quod de festorum sanctificatione acceperunt, opus simul peragerent, vnde tantum boni ipsis proveniret. Nullam tamen inuenio excusationem quam habeant mundi magnates, vt indies ista non expleant, saltem ad dimidium horæ spatium: cum, etiam præter hoc quòd eorum magnanimitas ad hæc magna ipsos inuitat: magna quoque libertas qua fruuntur, vt se secretò recolligant, non paruum ad hæc præbet occasionem. Præterquam etiam quòd in cūctis negotijs iuuari possunt, per multos qui ipsis inseruiunt. Precamur Deum altissimum vt cæcitatem ab eorum cordibus auferat, quo videant hæc aliaque magnalia quæ adeò desiderant, nescientes quid desiderent, quæque ipsis adeò occulta sunt.

CA

CAPVT XV.

Quod virtutum studium in hoc mundo plurimum neglectum vniuersos maximè exaltet: attamen illustribus personis singulariùs conueniat.

Scientia homines reddit illustres, potiùs quàm nobili maiorum sanguine esse progenitos, *Vera scientia que* ant quam vniuersæ diuitiæ. Vera autem scientia est Iesum Christum in *fit.* nostris habere conscientijs: qui longè magis delectatur in palatijs virtutum vnius rustici pagani, quàm in regijs seu castris regum & imperatorum mundi, quibus desunt virtutes. Aduertendum tamen quòd vt rã sublimi scientiæ operã demus: opus est *Lectio spiritualis multum inuat ad pietatem;* aliquo libro, vt quæ studio diligenter insudemus, & quod studio adepti sumus; gnauiter animo reuoluamus. Vtq; diligentiùs nos huic studio possemus impendere, nec prætectum vllum haberèt etiam qui alijs in libris legere nesciunt, datus est nobis liber sapientiæ Dei, qui est ipsemet Christus Dominus noster, qui in scripturis

M 3

sacris

Christus liber vitæ & scientiæ.
Apo. 3. 5. 20.

facris dicitur Liber vitæ: in quo nullo labore, sed potiùs cum inæstimabili gloria semper addiscunt vniuersi beati secreta & perfectiones omnium rerum. Hic liber scriptus est crassiore scriptura ob gentem rudiorem, & ab hoc excæcante mundo excæcatâ, quando magna cum animi modestia, ac patientia sanguine aspersus, & cruci affixus est: vt si hæc adeo necessaria in terra legamus, alia sublimiora ac secretiora quæ in eo continentur, videre ac intelligere mereamur. Quapropter debemus indies (qui autem nequit indies, festis saltem diebus) librû hunc adeo preciosum ad aliquod tempus in manus sumere, ac frequentissimè de virtute in virtutem euoluere, inde vel pauxillum indies addiscendo.

Quæ in hoc libro legenda sint.

Primum.

Charitas

in Deum

quomodo

se prouidit.

maximè sublimem charitatem addiscere, qua se nobis dare voluit ad omnia quæ nobis necessaria erant, ibique intelligere quàm æquum est, vt totos nos sumus illi maiestati omnino dedamus, adeo vt vitam totam impendere cupiamus, & in eius obsequio:

& ita

& ita cupiamus, vt omnibus in rebus
 opere compleamus. Is autem certò
 poterit confidere hanc in se habere
 charitatem, qui in se perſentit viuã
 quandam voluntatem: qua cupit à
 Domino Deo nostro aliquid ſibi
 præcipi, illiq; obedire in omnibus
 quæ nouerit ſibi eſſe præcepta: quæ
 admodum ſentiūt hi qui terrenis
 ſeruiūt regibus deſiderio exiguorū
 præmiorū, quæ ab illis expectāt. Et
 valde æquū eſt vt abundantius id ha-
 beant qui magno regi regū ſeruiunt,
 cū hinc longè maiora ſciamus ſecu-
 tura præmia. Præterea annotabimus
 quò integrior ac certior ſit noſtra
 charitas, vtq; noſtrū obſequium ſit
 præſtātius: & quia nō æquū eſt, vt tā-
 te maiestati ſeruiatur potiffimū in-
 tuitu præmij, quòd ad ipſi ſeruiēdum
 ſēper nos mouere debet ſūma & in-
 finita ei⁹ bonitas ac maiestas, quòd q;
 ſit hoc ſeruitio digniffimus: quæ ad-
 modum latiùs ſcriptū inuenient, qui
 methodum ſeruiendi Domino Deo
 noſtro legerint ſecundo docu-
 mento ibi poſito. Hoc autem ſub-

*Dei ma-
 ieſtas &
 benignitas
 nos ad
 Dei amā-
 dum ſēper
 impellere
 debent.*

*Deo ser-
uendum
non præ-
mijs ipse,
sed ob
lãm eius
bonitatẽ.*

*Matt. 2.
Mansue-
tudo &
humilitas
Christi
addiscen-
da.*

limiter addiscemus in hoc diuino libro qui est Christus Deus noster. Cùm ergo videamus quod cum hic esset rex æternus, voluit seruire nullis inductus nostris meritis, sed sola sua bonitate: non satis nobis fit nisi ei seruiamus ob eandem illã bonitatẽ absque alio, quod saltẽ potissimũ ad id nos inducat. Et certẽ tantò copiosiora erunt nostra præmia, quãtò libentiùs seruiuerimus absq; villo ad illa respectu. Alios sublimiores modos ad veram charitatem inueniet in prædicto libro vitæ qui expeditè in eo legere nouerit. Verũ istud in præsentia sufficiat his qui adedò instructi non sunt. Addiscamus quoque eius mansuetudinẽ & animi humilitatẽ, quemadmodum ipse nos adhortatur in sacro euangelio: & aduertemus turpe admodũ esse vt superbia ac iracundia extollatur vilis seruuulus, cũ præsentem habeant suum Dominum adedò excelsum, qui verbo & exẽplo ipso ipsum inuitat, tanta mansuetudine & animi humilitate, quantum ostendit sacra ipsius vita, & longè apertius

pertius horrenda eius passio. Disca- *Diuitias*
 mus similiter parui aestimare diuiti- *esse contē-*
 as, cum illum semper videamus. Di- *nendas.*
 scamus fugere corporales, adeò no-
 cius delitias, cum ille adeò plenus
 laboribus ac doloribus semper vi-
 xerit, in cruce autem felle, & aceto
 in sua fiti ei succurrerint: etiam si a- *Christus*
 lias innumeras omittam eius amari- *verus no-*
 tudines. Addiscant etiam ab eo diui- *ster Sa-*
 tes mundi opera misericordiae vt e- *maritan^o*
 genis subueniant. Aduertant quòd *quo phar-*
 dum omnes infirmi essemus mortali *maco sit*
 ac perpetua infirmitate, descendit *in nos in-*
 hic summus Deus factus medicus, *firmos v-*
 nostraque graua mala reparauit: nò
 herbis, aut medicinis communibus, *Egenis-*
 sed vniuerso suo pretioso sanguine. *subueniē-*
 Acquissimū ergo esset, vt hi diuites *dum vt*
 curā haberent ac misererētur infir- *nobis*
 morum, captiuos redimerent, vesti- *Christus*
 rent, aliaque remedia præstarēt pau- *subuenit.*
 peribus, cum summa illa maiestas
 tam perfectè & tanto cum labore
 hæc fecerit. Addiscant singulari-
 ter magnates amicam habere iusti-
 tiam: cum videat hunc summum re-

M s gem,

*Iustitia
& equi-
tas erga
subditos
seruanda.*

*Veritas in
omni ne-
gotio am-
plectēda.*

*Adulato-
res nō sūt
audiendi.*

gem, qui ex maxima sua potentia in-
numeris alijs modis nos poterat re-
dimere, id noluisse nisi sua ipsius
morte efficere, vt peccatum sufficiē-
ter puniretur. Quòd si ob nostra sce-
lera voluit in regia sua persona pu-
niri, longè sanè iustiùs est, vt quisq;
in seipso propria castiget. Neq; per-
mittant vt aduersus tenues vllum
grauamen aut iniustitia committa-
tur. Addiscāt propterea magnates vt
amici sint veritatis. Nā etiam si omit-
tamus, quòd ipse Deus veritas est, et-
iā idem pro veritate mortuus est, vt-
que nos ad illā deduceret. Gaudere
debent cū veritas negotiorum eis
aperitur, & abominari consortium
adulorum, qui occultant eis veri-
tatem: Ponat Dominus Deus noster
hac in re remedium quod maximè
est necessarium. Vt plurimū enim
videmus quod veritatem audire no-
lunt, quia ipsos pungit, gaudentq; vt
eis referāt, ita se cuncta habere, quo-
modo ipsi fieri cuperent, etiam si sci-
ant re vera aliter se habere. Atque
hinc prouenit quòd qui his inserui-
unt

niunt non studens in libro vitæ, in quo contra veritatem nihil admittitur: sed vt suis placeant dominis, student in libro mortis, hoc est falsitatis: sēper præcogitantes quid loquentur aut respōdebūt, cōforme ad prauam illorum appetitum. Profectō nequeo cōcipere quo pacto dici poterit, filius Dei, qui veritas est, feruus, qui abominabitur dicentem sibi veritatem, quod id sibi displiceat. Rursum nescio quomodo dici possit amicus veritatis, cuius, vita falsa est, cuius vita semper mentitur magno illi Domino: cui in baptismo fidem publicam præstitit renunciare omnibus mūdi pompis, quod nouimus adeò manifestè indies infringi, ab ijs quos talia magis seruare deceret, vt pro lege iam id tueri velint: tanquam si aduersus altissimi leges cur-

*liber vi
æ, falsitas
labor
mortis.*

*Vitæ
Christi
domini est
thesaurū
esse om-
nium vir-
tutum.*

reuertamur præcipuum, has & cæteras omnes virtutes in hoc libro vitæ addiscere debemus: illum semper præ oculis habentes in omnibus quæ egerimus: frequentissimè meditâtes excellentias, quas in sacra eius vita & morte scriptas inuenimus. Et profectò quanquam virtus propter solū Deum semper sequenda sit, attamen etiam si aliud non esset, quàm vt innumera quæ in hoc mundo sese offerunt, dolores & angustię minori dolore perferri possent, id solū sufficere deberet, vt quis virtutē semper sequeretur. Quis enim obsecro in terra liber ab anxietatibus, doloribus & infirmitatibus est? nemo sanè: sed multos impletos videmus, nunc proprijs aduersitatibus, nunc eorum quos plurimùm diligunt. Quā frequenter aufert mors eos quos præ cæteris amamus? Quoties sese offert rei familiaris nostræ & eorum quibus bene volumus, perditio? Quot metus omni momento aboriuntur? Quot indignationes proueniunt, & ab æqualibus & ab

*Vita hæc
plena est
timoribus
& miseris.*

& ab inferioribus? Hæc aliaque plura æquali animo perfert, qui virtuti deditus est: nouit enim hanc esse uoluntatem Dei, in quo habet omne bonum suum. Contra uero peccator cum nihil habeat in Deo ut in his laboribus eum protegat ac tueatur, *Virtus* tãtò amplius illum lædit quodlibet *magni do-* horum, quantò magis uanos mundi *loris leu-* honores & blandientes delicias in- *men.* ordinatè amat: atque idcirco plus quàm duplicatos sustinet dolores. Quapropter aduertant uniuersi, & potissimùm magni domini, quos magis deceet omnis nobilitas & maiestas, quosque ob maiorem teneritudinem ac dominium magis pun gere solent confusiones: aduertant inquam quantum ad eos pertineat operam dare ac laborare, ut dictum est, in uirtutibus. Quòd si ob terrenas & nullius momenti occupationes istud omiserint, agnoscant suam perditionem: quærantq; remedium, cum ad eò breuis sit uita, ut statim dicemus.

Quod mortem semper præ oculis habere debemus: peccator, vt à peccatis refrenetur: iustus verò, vt gaudeat, & quolibet temporis momento per eam separetur ab hac misera vita, quò ducatur ad vitam æternam.

QUum post hanc vitam tam cæta sequatur mors, æquum est, vt qui scripsimus quo pacto oporteat bene viuere, addamus etiã aliquid quò discere quis possit bene mori. *Omni die morimur*, ait Seneca, eò quod singulis diebus portio vitæ nobis amputatur: & quanto crescendo procedimus, tantum decrescente vita morti approximamus: in tantum vt si rem exactè pensemus, vt habet D. Gregorius, aliud non sit vita præsens, nisi quædã proluxa mors. Et certè si hoc vt æquum est meditemur, maiori animo ad vitã quæ supra descripta est curreremus, maioriq; moderatione sisteremus in vita vitiosa quam sequimur. Deberent

Mors quotidie nobis imminet.

recogi-

recogitare quicumque paruulos ha-
 bēt liberos, quōd quantū crescit eo-
 rū corpusculum, tantū in dies aufer-
 tur, & abbreviatur illorum vita: &
 hac consideratione temperatur in-
 ordinatus amor quem ad illos ha-
 bent, certa que mors, quę illis appro-
 ximat, inuitaret: & huiusmodi pro-
 lem inducerent ad quærendam ibi
 vitam, vbi nunquā mors expectatur:
 neq; tantū studium ponerent ad con-
 gregandum illis temporalia, quæ tā
 citō ipsos deferent, etiam si non im-
 probetur hoc studium modō fuerit
 moderatū. Rursum cōsiderare debe-
 mus, quemadmodū rectē monet D. Bernardus,
 quomodo nobis moriendum sit: magnique
 beneficii loco ducamus, si mors non
 subito nos occupauerit. Quōd si lētē
 adueniat, considerare deberemus, quod
 mille anxietatibus (à quibus neque nos
 ipsos tueri poterimus, neque auxilio
 nobis esse poterit mundus vn-
 niversus) dissoluetur corpus istud
 quod tantopere amamus, vniversam
 que deperdet speciem. Oculi
 isti

*Liberi
 qua de re
 sint docē-
 di.*

*Confide-
 randum
 nobis est
 quomodo
 sit moriē-
 dum.*

*Morientiū
membro-
rum de-
scriptio.*

*Horror
dæmonum
adstantiū
in morte.*

isti paulatim suo tandem non fun-
gentur officio: linguaq; veluti mor-
tua omnem gustum amittet. Inæsti-
mabilis erit dolor eius, qui tali regi
non seruiret, qui solus eum iuuare
possit. In numeris agetur timoribus,
qui ipsum etiam tremere cogant.

Dæmones se præsentés offerent, ma-
iori quàm vnquam antea vafricie,
ne tunc eis depereat quod exacto tē-
pore laborarūt, vt suo seruitio sub-
derent vitiosos: imò etiam aduersus
iustos tunc validè pugnabunt: ve-
rùm illis succurretur à potenti do-
mino, vt vltimo quoque vitæ mo-
mento animum habeant ad obtinē-
dam gloriosam victoriam: nempe
adeò accedētes vt summa obtineant
præmia ijs reposita, qui nobiliter &
seipfos, & magni Dei sui hostes vi-
cerunt: æquum tamen est, vt quisque
apud se perpendat, quantus erit ter-
ror ipso mortis tempore, incueri
horridos dæmonum aspectus. Certè
si mors ipsa ex se est adeò terribilis,
tantèque anxietatis & amaritudinis,
vt ne molli quidem strato moriens

leis

sele mouere possit: in maximum re-
 ducent discrimē tam terribiles tam-
 que experti præliatores, quales sunt
 dæmones. O diem certissimum, &
 quando futurus sit, incertissimum.
 O diem tam memoria dignum, &
 penitus obliuioni traditum. O diem
 tantam prouidentiam requirentem,
 & nullam habentem. O diem quo
 tunc maximè desiderabitur vita, quæ
 tunc nulli cōcedetur. O diem cuius
 gratia concessi sunt omnes dies, cui
 tamen pluximi nullum dederunt ad
 quod debebant. O diem tristem &
 maledictum illi qui semper secutus
 est consolationes & delitias, huius-
 que vitæ honores: cum ipse Dei fi-
 lius dicat in euangelio: Væ vobis di-
 uitibus qui habetis hic consolatio-
 nes vestram. O diem talibus tristis-
 simum, post quem nunquam vel mo-
 mento fruentur suis delitijs, quas tã-
 topere procurarunt: sed perpetuos
 habemus dies maledictionis, angu-
 stia & tormentorum, in vicem quod
 obliti sint huius memorabilis diei:
 ac proinde contigit eis vita tam in-
 ordi-

*Mors petra-
 catorum
 pessima.*

*Omnes
 vitæ no-
 stræ dies
 ad diem
 mortis re-
 ferri de-
 bent.*

Luc. 6.

*Mors di-
 uitibus
 vmbra.*

*Morientiu
ratio dis-
par.*

*Mors pre-
ciosa.
sanctoru.*

Psa. 11. 55.

ordinata, qua tam miseram mor-
tem, tamque miserabiles poenas æ-
ternas sunt promeriti. O Contra
foelicem diem ijs qui eius semper
memores fuerunt. O diem veræ no-
stræ natiuitatis ad vitam, quæ æter-
nam habet vitam. O diem tanta ra-
tione exoptatum, cum mors in eo
finiatur, & perpetua ac triumphans
vita inchoetur. O diem qui suum
splendorem omnibus præteritis die-
bus diffundens, emundat eos ab om-
ni viscoso mundi humore. O diem
summi lucri ac gloriæ, cum futurus
sit dies, quo possimus vitam quam
tantopere amamus, offerre supremo
Domino: qui illam cupit recipere,
qui que suam morti vitam exposuit
vt nostram ditaret. O diem mortis
iustorum præciosum in conspectu
Domini, sicut canit regius prophe-
ta: quandoquidẽ tunc ipsis ostenden-
tur sublimes excellentiæ ac præcio-
sæ diuitiæ ad quas creati sunt, &
propter quas abiecta huius mundi
contempserunt. Itaque o illustres
personæ ac Domini huius mun-
di, ad

di, ad quos singulariter opusculum
 hoc dirigitur, obsecro vos & obte-
 stor per ardens quod habetis desi-
 derium vitæ honorificæ ac delecta-
 bilis absque vlla mixtura molestiæ
 aut indignationis, vt huius diei qui
 vobis iadubiè continget, memores *Confide-*
 sitis. Considerate quanta diligentia *ratio*
 vobis seruitum est in hoc mundo: *mortis res*
 tunc autem nullum recipere pote- *valde sa-*
 ritis seruitum, si non seruistis sum- *lubris.*
 mo illi regi, cuius estis & vos &
 omnia vestra. Videte similiter quâti *Ecel. 7.*
 circumdabunt vos dolores, quàm a-
 maros edetis gemitus: quàm cito
 vermes dominabuntur huic vestro
 corpori, quod tantis cum saporum
 varietatibus illis præparatur? Quòd
 si hoc aduertitis, certè in æternum
 non peccabitis, vt habet Sapiens:
 non peccantes autem occupabimini
 in vita supra descripta, post quam
 transactam plurimis & magno gau-
 dio plenis occupationibus, quæ ta-
 men vetitæ non sunt ab vniuerso-
 rum Domino nostro, peruenietis
 ad gaudium vniuersorū bonorum:
 quæ

quæ

que vobis & omnibus, qui vobis honesta vita fuerint associati, præparata sunt in æternum. Quod nobis omnibus contingat in læcula sæculorum Amen.

FINIS SPECVLI
illustrium personarum.

INDEXEORVM
QVAE SVMMATIM IN SINGULIS cuiusque partis huius opusculi documentis & capitibus continentur.

PRIMAE PARTIS.

Generalium quarundam considerationum, & compendij perfectionis Euāgelicæ. Documentum primum. pag. 1.
De sine & scopo propter quem agere debemus in remedium defectuum nostrorum. Documentum secundum. pag. 12.
De duplici modo seruiendi Deo, & quomodo omnes, sed maximè religiosi

I N D E X.

- giosi tenentur seruire Deo secundo
id est, excellentiori modo. Documē-
tum tertium. pag. 33.
De difficultate perfectè inserviendi
Deo, & de strage peccati in animis
hominum. Documentum quartum.
pag. 39.
De facultatibus cum animi tum cor-
poris, ad reparationum mētis obti-
nendam, & in quarum actione san-
ctitas potissimum consistat. Docu-
mentum quintum. pag. 42.
De voluntatis nostræ mirè libera pote-
state ad operandum, & ad quemli-
bet actionis nostræ finem constituē-
dum. Documentum sextum. pa. 49.
De habitibus bonis comparandis, &
malis euellendis, quidve circa eos
prosit ad humilitatem. Documen-
tum septimum. pag. 60.

SECUNDAE PARTIS.

- D**E exercitijs ad resarciendam ani-
mæ stragem accommodatis proe-
mium. pag. 67.
De dolore peccati, & damno ab eodem
peccato illato. Caput primū. pa. 68.

De

I N D E X.

- De mala consuetudine abigenda, & de
sancto sui ipsius odio quantum esse
debeat, & esse posse cum Charitate.
Caput secundum. pag. 72.
- De tribus ad ornandam animam neces-
sarijs. Cap. 3. pag. 91.
- De oratione. Cap. 4. pag. 93
- De quarundam virtutum origine, pas-
sione nimirum Christi Domini. Ca.
quintum. pag. 105.
- De humilitate comparanda, & cur
Deus nos vult humiles esse. Cap. 6.
pag. 107.
- De inani gloria, & de euerfione omnis
vanitatis. Cap. 7. pag. 116.
- De modo patientiae comparanda &
conseruanda. Cap. 8. pag. 125.
- De quatuor affectibus animi moderā-
dis. Cap. 9. pag. 128.

TERTIAE PARTIS.

- D**E charitate in Deum compa-
randa, & falacijs in illa ca-
uendis. Cap. 1. pag. 143.
- De Charitate in proximum, & quo-
modo verè cognosci potest. Cap. 2.
pag. 186.

I N D E X.

De proprio sui ipsius amore, de laudando Deo, & de gratijs eidem agendis. Cap. 3. pag. 194.

I N D E X E O R V M Q V A E
summatim continentur in speculo
Illustrium personarum.

Prologus Ioannis Hentenij interpretis huius operis. pag. 211

De magnitudine animi, qua personas nobilitate praestantiores mouere debet, vt Deo inseruiant. Ca. 1. pa. 215.

De vita spirituali, quanta corporalem excellentiam vincat, quamq; nos obliget ad obsequium Deo praestandum. Cap. 2. pag. 225.

Quod obsequia subditorum erga potentiores, hos ad Deo inseruiendum inuitant. Cap. 3. pag. 224.

De methodo in hoc opusculo obseruata. Cap. 4. pag. 227.

De tribus qua alliciunt omnes, & personas illustres praesertim, vt Deo seruiant. Cap. 5. pag. 229.

Quibus in rebus Deo potissimum seruire debeamus. De bonis cogitationibus & desiderijs Cap. 6. pag. 235.


De


I N D E X.


- De reuerentia Deo summo quoq³ ma-
ne exhibenda. Cap. 7. pag. 240.*
- De tribus quotidie agēdis. Ca. 8. p. 243.*
- De propria cuiusque familia recte ad-
ministranda. Cap. 9. pag. 245.*
- De diuitijs bonarum cogitationum, &
malorum miserijs. Cap. 10. pag. 252.*
- De aliqua honesta recreatione assu-
menda. Cap. 11. pag. 253.*
- De termino cuiusque diei, & de quie-
te nocturna. Ca. 12 pag. 255.*
- De festis diebus & obsequijs Deo in il-
lis exhibendis. Cap. 13. pag. 259.*
- De Dei in nos beneficijs sepe meditā-
dis. Cap. 14. pag. 261.*
- De exercitacione in singulis virtutibus
quamque personas illustres ipsa de-
ceat. Cap. 15. pag. 267.*
- De mortis assidua cogitatione, quā-
que omnibus hominum generibus
profit. Cap. 16. pag. 276.*


F I N I S.


EX T Y P O G R A P H I A
Stephani Hemmerden.














BALSAMONIS
INSTRUCIO DE
FECHIA RELIGIOSA
MODO

~~INSTRUCIO DE~~
~~FECHIA RELIGIOSA~~
~~MODO~~

Th
2854